Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Ellis.

50 CHRISTIAN II. Illustrissimi et Potentissimi Principis Domini Christierni, Daniæ, Svetiæ, Noruegiæ, etc., regis, ad duas epistolas, quibus rationem belli aduersus illum suscepti Illustrissimus Holsatiæ dux D. Fridericus illius patruus reddere conatur, Itemque rationem cur eundem expulerit et regnis et ducatibus spoliarit, subiungit Cornelio Duplicio Sceppero Nouiportuensi illius uicecancellario authore responsio. [*S.l.*] *per typographum Melchiorem Lotherum*, 1524.—Illustrissimi Principis Domini Christierni eius nominis secundi, ad emissos contra se Lubicensium articulos quibus suscepti aduersus eum belli rationē prescriberunt Cornelio Sceppero authore &c. Responsio. [*Ibid.*] 1524. 2 vols. in 1 sm. 4to, *each with fine woodcut portrait of Christian II and woodcut of his coat of arms, old calf gilt,*

DA Box

LN 243 ex. 4
LN 244 ex. 4

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

L. N. 243. 244. Kay Hoegs eks.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Prin-
e, etc.,
us illum
us illius
eundem
Cornelio
authore
otherum,
us nomi-
articulos
scriberunt
1524. 2
Christian


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ILLVSTRISSIMI ET

POTENTISSIMI PRINCIPIS DOMINI CHRISTIERNI, DANIAE, SVETIAE, Noruegiæ, Gothorum, Sclauorum, Vandalorumq; regis, Ducis Sleſwia, Holſatiæ, Stormariæ, Dythmerſiæ Comitis in Oldēborg & Delmenhorſt, ad duas epiſtolas, quibus rationem belli aduerſus illum ſuſcœpti Illuſtriſſimus Holſatiæ dux D. Fridericus illius patruus reddere conatur, Itemq; rationem cur eundem expulerit & regnis & ducatibus ſpoliarit, ſubiungit. Cornelio Duplicio Sceppero Nouiportuenſi illius uicecancellario authore reſponſio.

οἱ φίλοι μου καὶ οἱ πλησίον μου
ἐξ ἐναντίας μου ἤγγισαν καὶ ἔστησαν



Amici mei & proximi mei aduerſum
me appropinquauerunt & ſteterunt.

LVCE VI.

Ve cum laudauerint uos omnes homines.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

LN 243
ex. 4

Kay Holgs Samling 1970

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4



BEATISSIMO

PATRI DOMINO CLEMENTI SEPTIMO SACRATISSIMO Ceſari, D. Karolo quinto Inuictiſsimo D. Henrico Angliæ Franciæq; Regi Illuſtriſſimo D, Ferdinando Archiduci zc. omnibus deniq; regibus & principibus reipublicæ Chriſtianæ tam ſpiritualibus q̃ ſecularibus, Dominis, fratribus, ſororiis, conſanguineis, amicis, confœderatis CHRISTIERNVS ſecundus dei gratia Daniæ, Sueciæ, Noruegiæ, Gothorum, Sclauorum, Vandalorumq; Rex, DVX Sleſuici, Holſatiæ, Stormariæ, Dythmerſiæ, Comes in Oldenborg & Delmenhorſt obſequium, ſalutem & rerum humanarum uiciſſitudinis memoriam.

EADEMVM VICISSITVDO RERVM HVMANARVM eſt, ut cum genere & ſanguine digladiari cogamur, Beatiſſime pater, Sacratiſſime Cæſar uoſq; Illuſtriſſimi reges & principes. Siquidem enim cum Chriſtianis hominibus inhumanum eſt leui de cauſa tumultuari, quo nomine appellari potuerit inter patruelem & patruum, atq; eum quem loco patris ille ſemper coluit, tam atrocis, tam crudelis, tam nefandi deniq; belli prorogatio? Iam pridem ſatis celſitudines ueſtræ intellexere, cuius potiſſimum auſpiciis, & ductu, in hanc miſeram rerum faciem coniecti eſſemus. Porro àn id iure àn iniuria, potiſſimũ in controuerſia erat. Neq; dubitamus uero quin pleriq; ex taciturnitate noſtra argumentum mutuati, exiſtimauerint deeſſe nobis, que ad obiecta reſponderemus, iuſtoq; dei iuditio actum eſſe putauerint, q̃ tribus opulentiſſimis regnis aliiſq; dominijs & principatibus exuti fuerimus. Et nos ſane id poſterius nunq̃ duximus inficiandum eſſe. Tametſi non omnino Chriſtiane id nobis ab Illuſtriſſimo Holſatiæ duce obiectum eſt. Alterum autem tantum abfuit ne preſtaremus, ut ſemper eadem nobis facultas adfuerit, quam his in reſponſionibus noſtris, Cels. ueſtræ poterint intueri. Neq; enim qui diu ſilet, crimini ſemper obnoxius

Inhumanũ & impium certamen inter patruelem & patruum.

Non omnis qui diu ſilet crimini ſemp obnoxius eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

eſt, Siluiſſe enim, ut quidam ait, uix unq̄ nocuit, Multa autem loquutum eſſe ſepenumero & frequenter, quanto minus arbitrari decet Cels. ueſtras, aut argumenti inopia, aut alia occaſione famæ & nominis, hactenus tacuiſſe nos, cum idipſum, quod nunc preſtabimus, parati fuerimus olim coram duorum regnorum conſiliarijs, proponere.

Rei omnia timent.

Reorum is mos eſt omnia timere, ad leuem auram, ad foliorum ſtrepitum expaueſcere. Itaq; dubitant ſemper qui obnoxia ſceleri ſunt conſcientia, atq; ad dimouendam de ſe omnem ſuſpitionem nullum lapidem intactum dimittunt.

Inditiū reorum & obnoxiam crimini conſcienciam habentium.

Proponunt, excuſant, amoliuntur, interpretantur, & ſi deo placet, euulgant etiam res eas, quę ſi in controuerſiam iuris ueniant, ſuccubituras eſſe neq; illi ipſi profecto dubitant. Atqui interea magnum operepretium faciunt, pellectis in ſui partes multis hominibus, ad quos altera ſolum controuerſiæ pars peruentura eſt, atq; adeo ex ſua ipſis umbra, ingens uoluptas naſcitur, dum probe actum putant, ꝗ in iniquiſſima cauſa, tam diu principū oculos præſtigiari poſſunt.

Exiſtimauere principes iure expulſum regē Chriſtiernū etc cum euulgatā epiſtolam ducis Holſaciæ intuerentur uerū cū regis excuſationē lecturi ſunt lōge aliud ſunt exiſtimaturi.

Veluti cum iam Celſitudines ueſtræ excuſationem Illuſtriſſimi Holſaciæ ducis patrui noſtri perlegiſſent, non dubitamus, quin animo erga nos fueritis demiſſiore, ꝗ arbitraremini: tametſi alieno exemplo, non omnino tamen iniuſte eundem nobis regna, dominia, principatus ademiſſe. Et quamuis duriuſculum fuerit citra ueſtrarum celſitudinum conſenſum, regem CHRISTIERNVM cum cariſſima cōiuge, & innocentibus liberis expelli neq; locum, neq; ſedem ullam, ſat tutam ab hoſtibus inuenire, multum nihilominus cauſæ, multum æquitati tribuebatis, ꝗ iuſte exiſtimabatis ea omnia perpeti nos qui apud Cels. ueſtras deferebamur, epiſcopos trucidaſſe, mortua cadauera in furcas erexiſſe, tot promiſcue nobiliſſimos uiros interemiſſe, atq; alijs infinitis nominibus ſceleratiſſimi.

Quid curandū fuit regi.

Proinde id curandum fuit nobis, ut tandem C. V. cognoſcerent multa frequenter in principes non omnino contemnendos dici, quæ ſi diligenter perpendantur, non omnino eiſdem, in quos dicūtur obfutura ſint. De nobis parum dicere uolumus, quod arbitramur ubi hec noſtra Celſitudines ueſtræ perlegerint, uiderintq; ea omnia, quæ aduerſus Danorum ſeductores ſcripſerimus, eaſdem facile iudicaturas: qualiter nos ea omnia fecerimus, quæ impinguntur: adhuc in queſtionem iuris & controuerſiam uenire poſſe.

Nō protinus fit ut quia tyrannus dicitur rex Chriſtiernus, talis ſit, qualis appellatur.

Neq; protinus fieri, ut quia tyranni nomenclatura nobis indita eſt, eadem nobis iuſte queat attribui. Atq; hec quidem talia ſunt. Enimuero quur tam diu ſiluerimus multæ rationes fuere. Et quod, ut alias diximus, Chriſtianum non ſit, ita in ſe mutuo de-

bachari,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

bachari, & quod nonnūq̄ aliquid generi, aliquid ſanguini tribuēdum ſit.
Sane autem, ſi ita uiſum eſt deo immortali, ut regnis opulētiſſimis, ut prin
cipatibus & dominiis exigeremur, ſi ita fato ſancitum eſt, ut rerum à nobis
geſtarum ratio reddenda eſſet, maluiſſemus extraneum, maluiſſemus, qui
ſanguine coniunctus non eſſet, maluiſſemus hoſtem, in quem ex definito
dicendum nobis eſſet. Nam inhumanū eſt cum uicino contendere, & impi=
um eſt cum ſanguine digladiari, & in eum quem ſemper amicum habui=
mus, demum autem capitalem hoſtem experimur, difficile eſt animum &
bilē refrenare. Accedit, quod citra utriuſq; partis iacturā, certamen hoc obi
ri nō poteſt, cū utriuſq; nomē, fama, exiſtimatio exinde periclitetur. Quā
doquidem niſi nos iure oſtendere poſſimus, iniquiſſime feciſſe Illuſtriſſimū
Holſatiæ ducē patruū noſtrū, quos regnis, principatibus, & dominijs
exuerit: confeſtim nobis atq; innocentibus liberis, ingens labes inuritur, q̄
alteri iniuſtiſſime uixerint, alteri ex paternis uicijs non parum quid con=
traxiſſe uideri poſſint. Sin uero omnibus innoteſcere faciamus à nobis Illu=
ſtriſſimo Holſatiæ duci optime actū eſſe: Illum autem peſſimā nobis gratiā
rependiſſe, non parum ueremur, ne idem audire cogatur, id quod nobis
impingit, nempe egiſſe illum preter generis & ſanguinis rationem, ne quid
maius aut grauius dicamus. Neq; enim admodum referre putamus, quod is
CHRISTIERNVM regem hoſtem apertum uocat, ingeminatq; iuſto dei
iuditio ob abominabile regimen expulſum eſſe, neq; unq̄ ſtilum in nos tem
peret, qui de illo numq̄ niſi bene ad Cels. ueſtras perſcripſimus. Semper
enim ab eo culpam omnem, in cōſiliarios & seductores quoſdam reiecimus.
Idq; feciſſemus adhuc, niſi periculum eſſet, ne mendacij argueremur, quan=
do aduerſum nos euulgatā ep̄lam, iamq; excuſam ſigillo munitā ad Cels.
ueſtras tranſmiſit. Hoc facto Cels. ueſtræ conſiderent, num oſtendere uo=
luerit in neminē magis q̄ ſe criminis huius ſeriem competere. Eam nos cum
uideremus peperamus tamē calamo, neq; reſpōdere aperte, uēturis adpoſ
teritatem libris uolebamus, donec & altera ex Flenſborgo ad ſacrum Ce=
ſareum regimen, ab eodem tranſmitteretur, tunc primū ubi ad nos ab ami
cis tranſmiſſa erat, conſiderantes, omnem moram impedimento nobis eſſe:
q̄q; uideremus famam & exiſtimationem noſtram, taciturnitate periclitari:
negocium commiſimus nobili & erudito Domino Cornelio Duplitio Scep
pero uicecancellario noſtro perq̄ ſyncere nobis dilecto defenſionem ut emit
teret, qua noſtra ex informatiōe diligentiſſimaq; iuris noſtri & ſigillatarū
quæ penes nos ſunt litterarum perſpectione & perpenſione, fidem faceret

Maluiſſet rex aliū eſſe in quē dicendū ſibi eſſet q̄ patruum ſuum, quia impiū eſt cum ſanguine contendere.

Id certamē non poteſt fieri citra utriuſq; partis grauem iacturā ſiquidem inter coniunctiſſimos ſanguine eſt.

Illuſtriſſimus dux Holſatiæ multa in regē Chriſtiernū impingit ad quæ omnia reſponſurus eſt.

Rex culpā à duce ſemper in conſiliarios quoſdā reiecit.

Binæ ep̄læ ducis aduerſus regē Chriſtiernū

Omnis mora uiſa impedimēto regi quare iā tandē reſpōdere uoluit.

hominibus, nihil quo minus prius reſponderimus, q̃ unicam pietatem de-
fuiſſe. Temperaret à maledicētia & calamū, quantū in ſe eſſet, cōpeſceret.
Tametſi non ignorabamus tam æqua in cauſa, uix fieri poſſe, ut non ali-
quando modeſtiæ aliquantulum remitteretur. Ea nobis cura fuit Illuſtriſſi-
mo patruo conſulendi, quando ne alia illi ratione conſuli poſſit quorundā
hominum malicia effectum eſt. Atq; hic ſane modeſtiam noſtram Cels. ueſ-
tris obtendere poſſemus, quod regnis exacti, non protinus cœlū terræ miſ-
cuerimus, eundem peſſimis quibuſdam nominibus affecerimus, deniq; tam
diu ſiluerimus. donec citra nominis & famæ præiuditium, magis ſilere
non potuerimus, niſi certo certius compertum haberemus Cels. ueſtras idip
ſum facile perpenſuras. Neq; precamur uero, ut ſi iure inferiores ſimus,
aliquam ſanguinis, aliquam confœderationis rationem habeatis. Auxiliū,
ſuppetitas nō requirimus, ſi cauſæ noſtræ iniquitas efficiat, ea nobis ut iuſte
ſuppeditari non poſſint. Demū ſinite Chriſtiernum regem, cum chariſſi-
ma coniuge, incertis ſedibus uagari, nuſquam tutum eſſe, nuſquam gratum
nuſquam acceptum eſſe. Sinite uitam periclitari, ſinite etiam fame ut inte-
reat, omnibus ludibrio ut ſit, poſtremo etiam ſinite ſceleratiſsimis ut nebu-
lonibus illius nomen, fama, exiſtimatio, ſpurciſſimis & ſordidiſſimis libel
lis impune laceretur, ſi cauſæ huic ſuccumbere nos ueſtro etiam omniū iudi
tio dicamur. Officium non requirimus. faceſſat ſanguinis reſpectus, abeat
amicitiæ & confœderationis uinculum, abeat fortunæ miſeratio tantiſper,
donec induta ſeueriſſimorum iudicum perſona determinetis, utris magis
regnorum & principatuū poſſeſſio conueniat. Adeo Cels. ueſtris ſubijcimus
Chriſtiernum hunc regem, tam tyrannum, tam perfidum, tam ſceleratum,
qui iuris umbram non expectaturus eſſe putabatur. Tam caduca & fragi-
lia ſunt hominū iudicia, tamq; non protinus fit, ut qui exiſtimatione peſſi-
mus ſit, iure peſſimus ſit. Adeo etiam accepimus Ludouicū pium Ceſarem
Rhomanum & Francorum regem, à liberis regno & imperio ad tempus
exutū fuiſſe, iniectis illi peſſimis criminibus, quæ dei iuditio cū tēp re diſ
cuſſa ſunt. Quanto minus conueniat Cels. ueſtras mirari, quod idipſum in
nos coniecit Illuſtriſſimus Holſatiæ dux patruus, quodq; regna & prin-
cipatus ademerit. Iudicia hec dei ſunt, qui regna alienat, & principatus
diſtribuit. Hoc minime cauſamur. Solum id indignum eſſe remur, quod
apud omneis homines tam inique traducimur. Idq; ab his apud quos opor
tuit maiorem generis & ſanguinis rationem eſſe. Verum & hoc donabi-
mus. Vnum à Cels. ueſtris calamitatum noſtrarum ſolatium requirimus, ut
Illuſtriſſimo

Rex Corneliū Sæpperū iuſſit calamū quam tum poſſet tē-perare,

Modeſtia regis Chriſtierni. ij.

Rex niſi poſſit iure uincere nullū auxiliū petit à principibus.

Rex paratus eſt in perpetua paupertate ui-uere modo iure uincatur.

Rex orat ut ſanguinis & cōfœderationis & amicitiæ & priſtinæ ſuæ fortunæ ratio-nem nullā principes habeant niſi iure fuerit ſuperior.

Ludouicus pi-us filius Karoli, quē magnū uocant regno ſpoliatus & imperio à filijs preter cauſam quāto minus mirum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Illuſtriſſimo Holſatiæ duci patruo noſtro fidem omnē adhibere dignemini, inquantum ne illi fides haberi poſſit, non effecerimus. Nolumus enim illius exemplum emulari, qui fidem omnem à Cels, ueſtris nobis detractam eſſe uoluit. Hoc ſi ab iiſdem impetrauerimus, æquo animo calamitatem & miſeriam feremus & extremā hanc rerum omnium inopiam, & miſerum exilium, in quo nullo non die mors nobis ante oculos obuerſatur cum chariſſima coniuge, interpretabimur maioris boni initium nobis eſſe. Interea uagabimur, Beatiſſime pater ſacratiſſime Cæſar Illuſtriſſimi reges & principes: omni humana ope & auxilio deſtituti, inopes & egeni & qui prius non omnino contempnebamur, nunc paſſim omnibus ludibrium noſtri & contumeliam prebebimus, patiemurq; ſubinde ab illis periculum nobis & mortem intentari, qui iam forte iiſdem in calamitatibus, quibus nos ſumus: uerſarentur, niſi aliquando & nos fuiſſemus. Sed beneficium nemini improperabimus. Tantum id Cels. ueſtris dictum eſſe uoluimus: ut eedem rerum humanarū inſtabilitatem perpendant noſtroq; exemplo, nihil firmum & ſtabile, caduca autem omnia eſſe intelligant. Fuimus & nos aliquando Cels. ueſtris confœderati, fratres, ſororij, conſanguinei, amici, imperticbamurq; id omne quod potuimus. Nunc confœderati, fratres, ſororij, cōſanguinei, ut ſimus amici, fortuna nō patitur. Nihil habemus enim, quo tales eſſe nos, teſtari poſſimus: preter unicum de Cels. ueſtris bene merendi animum, quem ſiniſtris adhuc rebus, perinde ac ſecundis conſeruauimus. Hic ſi Cels. ueſtris uſui eſſe poſſit, earundem ſit, donec alijs ut indicijs propenſitatem noſtram teſtemur: deo uiſum fuerit, cui Cels. ueſtras committimus. Simul id obnixe petentes, ut iuris potius q̃ calamitatum noſtrarum reſpectus iiſdem obuerſetur: quandoquidem non ambigimus quoſdam eſſe, quibus calamitatū noſtrarū cōmemoratio lachrimas excutiat. Sed nos lachrimis tranſigi negotium aut commiſeratione, non petimus: iudices q; uos eſſe, q̃ commiſerantes præoptamus. Decreuimus enim fortiter aduerſum fortunæ inſultus contendere, ne à regio faſtigio uel deceſſiſſe unq̃, uel degeneraſſe uideamur. Proinde iuditium petimus non cōmiſerationē. Datum Aldenburgi Lybonotriæ Die Menſis Aprilis Decima Anno Domini ſaluatoris, M. D. XXIIII.

Exilij noſtri ANNO SECVNDO,

rum eſt regem Chriſtiernum à patruo expulſum eſſe.

Rex petit ut fides Holſaciæ duci adhibeatur in omnibus ad quæ rex iure reſpondere nō poſſit.

Calamitas regis Chriſtierni

Rerum humanarū inſtabilitas

Rex omnibus regibus & principibus offert animū ſuū quādo non poteſt aliud iiſdē preſtare.

Dignum rege dictum.

Rex non cupit commiſerationem ſed iuſtitiam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

P. CORNELIVS DVPLICIVS SCEPPERVS NOVIPORTVENSIS PIO ET CHRISTIANO LECTORI SALVTEM.

ECCE & alteram partem Chriſtiane lector, nondum tamen cataſtrophen tragœdiæ uides, quandoquidem ſubſequutura eſt. Enimuero & tu ex duabus his partibus, ut in Care, periculũ facere potes, àn Illuſtriſſimo principi meo D. CHRISTIERNO regi defue rint, quæ ad obiecta tot crudelia facinora, dici poſſent. Ego libere tibi loquar, uiſurum te confeſtim, que non exiſtimabas. Nempe Illuſtriſſimum CHRISTIERNVM regem, quem omnes peſſimis criminibus traduxere, inter bonos principes numerari & haberi poſſe. Neq́; enim maius ſubijciam. Porro id latere non uelim te, duabus epiſtolis ex precepto regio reſpondiſſe nos, Ex utraq́; germanica, latinam fecimus, uerius q̃ doctius interpretati, Verborum enim lenocinia fugimus, maluimuſq; rebus, q̃ uerbis urgere. Regnorum enim & principatuum negotium agimus, non fictam in foro eloquentiam oſtentamus. Quod ſi qua in parte ſermo tibi hic noſter immodeſtior uidetur, (tametſi quantũ potuimus calamum temperauimus) meminiſſe debes, Illuſtriſſimum regem CHRISTIERNVM loqui non me, qui ſi ob ſummam iniuriam, quæ eidem illata eſt, ſubinde modeſtiæ limites egredi uideatur, dandum hoc eſt humanæ imbecillitati. Quem enim hominum non permouebit, trium regnorum, & totidem opulentiſſimorum ducatuum, extra regna ſitorum, tam iniuſta amiſſio? Ius requiſiuit. In eam rem trium ducatuum & quinq́; epiſcopatuum temporales regios redditos donec cauſa iure determinaretur addixit. Neq́; admiſſus eſt tamẽ, ſed expulſus, quomodo igitur temperari ſermonem poſſe, exiſtimandum eſt? Quod ſi nos cũ pueri ſumus. atq́; eloquentiæ operam damus, ad paruam nominis & famæ noſtræ detractionem, ita efferimur: ut in maledicentia, nullum finem inueniamus: quanto magis conueniat hoc in negotio ubi famæ, & nominis, & exiſtimationis regiæ, deinde & amiſſionis tot regnorum, & principatuum res agitur. aliquando imbecillius aliquid inculcare? Abhorrent hæc à regia modeſtia. Petijt ut nullum, etiam quantũuis leue conuicium in hoſtem retorqueremus: recordatus patruum illum ſuum eſſe, Atqui fieri non poteſt, ut in ea defenſione is modus obſeruetur. quod & nonnunq̃ prefamur, Idq́; preſertim ubi tam indigne regum nomen traducitur. Nam & ego ſubinde admirari cogor, rei manifeſtam ueritatem:

tatem: dum mecum reputo, quot mendacijs egregius princeps obnoxius fuit. Deniq; perpendite ſi cum hec legetis, uoſmet ad quos amiſſionis & iacturæ pars non pertingit, iraſcamini & condoletis, quanto magis iraſci conueniat eum, qui hec omnia perpeſſus eſt? neq; iraſcatur tamen: & aduerſam hanc, & iniquam fortunam, in optimam partem interpretatus eſt. Id quod ego meo iure teſtari poſſum. Duæ igitur epiſtolæ ſunt. Alteram Illuſtriſſimus Holſatiæ dux excuſſam ſub ſigillo emiſit, in qua rationes belli cum patruele incepti præſcribit, quas illis litteris, quibus regi bellum indicebat, complexus fuerat. Alteram ſcriptam ad ſacrum Ceſareum regimen, quod Nurimberge Noricorum huius anni principio, conuenerat Illuſtriſſimus princeps Ferdinandus, ad regem tranſmiſit, que rationem ſubijciat occupati Daniæ Noruegiæq; regni, & uendicatorum principatuum. Vtriq; nos, quia diſpar argumentum fuit, diſpari genere dicendi reſpondimus. In altera Aſiaticum, In altera Laconicum rethorem egimus: obſeruato in utriſq; more, rebus magis quã uerbis contendendi. Neq; ſtuduimus enim, ut tam elegans & concinna q̃ uera & aperta hec cauſa in publicum prodiret, nihil ingenio indulſimus. Deierare autem poſſumus, plurimum ademiſſe nos. Adeo ut in menſtruo hoc labore noſtro, perſancte iurare poſſimus, nihil tam laborioſum nobis fuiſſe, q̃ quod reprimere calamũ qui ſponte currebat, cogebamur. Neq; enim inuentum ullum conſiliũ, Sereniſſimus rex habere uolebat: quo uicem in patruum ſuam ulciſceretur. Adeo generis & ſanguinis memor eſt, indignum arbitratus cum patruo digladiari, quantũuis tot indignis ab eodem modis laceſſitus: dicereq; ſolebat ſibi conſiderandum eſſe quid ſe deceat, non quid ille aliorum conſilio promeretur. Patruelem eſſe, tametſi à patruo ſubinde hoſtis, ſubinde peſſimis criminibus infamis appelletur. Hec cum ſæpenumero dicere ſolitus ſit, plurimum impetus & caloris mihi detrahit. In ſumma id efficiat, ut frigidior fiam, q̃ rei atrocitas poſtulare iure uideatur. Hec cum legeris Chriſtiane lector, meminiſſe te decet quod aliquando diximus multa in optimos principes, ſcelerate & peſſime utraq; ratione confingi. uiſurus es tandem fabulæ Cataſtrophen, aduerſus Danorum ſeductores: qui gentem multis nominibus commendatam, a uero principe, & rege, ui & armis, & promiſſionibus, abalienauere. Iſthic ingenio indulgebimus. quandoquidẽ cũ proditoribus nũquã mihi cõuenire poſſit uale. Ex Aldenburgo Lybonotriæ Menſis Aprilis die Decima. ANNO ſalutis. M.D.XXIIII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

SVMMARIVM
OBIECTORVM ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS, DOMINI FOEDERICI HOLSACIAE ETC. DVCIS *aduerſus dominũ Chriſtiernum regem patruelẽ ſuum etc.*

ILLVSTRISSIMVS HOLSATIAE DVX.

ILLVS TRISSIMVS ET POTENTISSIMVS *princæps D. Chriſtiernus. quondã huius nominis primus Danorũ Rex, dominus & pater noſter, tria regna, Daniam, Suetiam, Noruegiam, poſſedit. Deinde & alios principatus Sleſuicum, Holſatiam, Stormariam. Moriens autem, D. Ioannem filium ſuum maiorem natu, & nos qui natu minores eramus, reliquit heredes. Ioanni quidem fratri noſtro regni poſſeſſionẽ in quã eo etiam uiuente electus fuerat. Nobis uero teſtamento uoluit, ut ſoli in ducatus ſupradictos Sleſuicum, Holſatiam, Stormariam. ſuccederemus. quod & dominæ matri noſtræ cum aliquot epiſcopis & conſiliarijs alijs, in negocijs datum fuit, ut ſcz poſt mortem in eos nos ducatus inueherent. Id autem fecære. Noſq; tunc nonum annum agentes in predictos principatus intulere, populumq́; & incolas, ut ſacramentum nobis preſtarent, induxere. Poſtq̃ uero, id à fratre noſtro D. Ioanne reſcitum eſt, is confeſtim, ſupra dictos principatus ui coegit, ut diuiſio fieret, uiq́; impulit, ut ſibi pariter ſacramentum, eque ac nobis, preſtarent. Ceterum, diuiſione ducatuum facta, nobis minorem partem reliquit, tutelam noſtri aſſumpſit, eamq́; ſine aliqua ratione ad annos maturitatis noſtræ ſibi continuit.*

ILLVSTRISSIMI DOMINI CHRISTIERNI *Daniæ &c. Regis ad ſupradictum Illuſtrißimi D. Frederici Holſaciæ ducis patrui ſui clarißimi, articulum* RESPONSIO.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

POSTQVAM HOSTIVM NOSTRORVM PERFIDIA, Illuſtrißimus princeps D. Fridericus Holſatiæ dux, &c. patruus noſter Chariſsimus, quem loco patris ſemper habuimus, in partes aduerſum nos tractus fuiſſet, id ſibi agendum eſſe putauit, ut ſiqua poſſet ratione, Sereniſsimo patri noſtro Illuſtrißimo D. Ioanni regi, aut nobis, inuidiam apud omnes principes concitaret, fœliciter perfunctum negotio ſe ratus, ſi indignum utrumq; oſtenderet, regnorum poſſeßione. Id autem ſi dignum opus eſt Chriſtiano principe, cæteri exiſtiment. Nos contenti erimus Chariſsimi domini patris noſtri memoriã, tutari, & noſtri quoq; nominis rationem habere. demum & liberorũ noſtrorum curam agere, ne idipſum illis de nobis obijci poſſet, quod nobis de patre obiecit Illuſtrißimus patruus noſter. Itaque non ſtudebimus, principio illi apud omnes indignationem conflare. Neque hoſtem appellabimus, quo nomine non raro nos donat, ſed modeſtiam noſtrã malumus obijcere, ꝙ prior ille ad iniuriam concitatus eſt, ꝙ prior ille regem Chriſtiernum hoſtem uocauit, ꝙ prior omnes homines concitauit ne fidem nobis adhiberent. Siquidem hoc agit egregius ſenex, ut aduerſum nos omne hominum genus promiſcue prouocet, tum precipue indignum Chriſtiernum oſtendat, cui principes faueant, aut conſilium impartiantur. Qui ſi hec meritus eſt quid agendum tandem erit? Regnum, opes, uires, illi ademptæ ſunt à patruo, nomen, famam, exiſtimationem Illuſtrißimus Fridericus labefecit. Principes populum hortantur, ne CHRISTIERNO ſubſidio ſint, Patris memoriam hominibus inuiſam reddit. quo ergo tandem, ut fugiamus iubes patrue? Dania nos ſpoliaſti, Noruegiam ademiſti, Nobilißimis ducatibus nos exuiſti, omnes principes aduerſum nos incitas, omnem populum in patruelem prouocas, premium qui nobis fidem non adhibent proponis, quod fuit iſtud tam graue delictum, aut fratris tui Illuſtrißimi patris noſtri, aut patruelis tui nunq̃ de te tam male meriti? Silicet uero hanc tandem mercedem modeſtiæ noſtræ ferimus? Hoc nos premio donas, ꝙ de te nunq̃ niſi optime ſenſerimus, dixerimus, & ad amicos ſcripſerimus? Nos tot litteris ad ſacratißimum Karolum ſcriptis, nunquam hoſtem ſemper patruum chariſsimum uocauimus: Nos tot litteris ad Inuictißimum D. Henricum Angliæ regem mißis, omnem à te culpam amoliti ſumus, integritatem tuam commendauimus, prudentiam tuam miris laudibus extulimus, omnem culpam in hoſtes noſtros

Inueteratorũ hoſtiũ perfidia D. Fridericus aduerſus patruelẽ ſuum regem Chriſtiernũ cõmotus eſt ſine occaſiõe.

Illuſtrißimus rex Chriſtiernus patris memoriã tueri uult aduerſus calumnias & liberorũ ſuorum curã agere.

Rex Chriſtiernus patruũ à quo hoſtis uocatus eſt, hoſtem uocare nõ uult, ſed modeſtiã ſuam ma uult obiectam eſſe tam calamitoſis uocibus.

Illuſtrißimus Holſaciæ dux petit Regi Chriſtierno omnem fidem derogari, & aduerſus illũ omnes homines incitat nõ cõtentus tot regnis illum expoliaſſe.

Rex Chriſtiernus ſemper optime dixit, ſcripſit, ſenſit, de patruo ſuo Holſatiæ duce ſed is cõtrariũ fecit ſemper & adhuc iam clare ſe facere oſtẽdit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Rex Chriſtiernus hactenus noluit in ſuo genere eſſe qui diceretur tot cõmiſiſſe, quod iam Illuſtriſsimus Holſatiæ dux aduerſus patruelem cõmiſit.

Fridericus Holſatiæ dux, litteras ſuas fregit quas ſe obſeruaturũ ſolemniter promiſerat,

Modeſtia regis Chriſtierni tanta ut nũq̃ reſpondere uoluerit, q̃q̃ dux Fredericus reginã donatione ꝑpter nuptias ſpoliauerat.

Rex Chriſtiernus ducẽ Holſtatiæ ſemper laudauit & omnẽ culpã in hoſtes retorſit.

Dux Holſatiæ regem Chriſtiernum apertũ inimicũ uocat, qui illi inimicus eſſe non uult.

Dux Holſatiæ calcem à ſe emiſſæ epiſtolæ ſigillo ſuo munijt ne non ab eo ꝑfecta eſſe à quoq̃ dici poſſe.

ueres, Omnem culpam in eos qui innocentiam tuam labefactaſſent, reiciamus. Eam hactenus clariſsimi generis noſtri rationem habuimus. Noluimus in eo unum eſſe dicere, qui in fratris cineres debaccharetur, qui in patruelem immeritum, ſenilem impetum conuerteret, qui preter ius, faſq; illum tot regnis exueret, qui uanis & fictis aſſertionibus in genus ſuum omnes homines commoueret, qui publicam Germaniæ partem contra Cæſareum edictum primus perturbaret, amoliretur infringeret, qui inaudita dominandi libidine clariſsimis principatibus non contentus aliena citra omnem rationem inuaderet, qui cum litteris ſigilliſq; ſuis recepiſſet nihil ſe attentaturum, preter cauſam, litteras ſigilla, principum teſtimonia qui preſentes aderant, fruſtratus eſt, qui alieni regni titulum, & poſſeſsionem, ſibi uendicaret, qui ſacratiſsimi Cæſaris ſororem donatione propter nuptias ſpoliaret, & cũ mulieribus, perinde ut cum uiris, immeritum bellum capeſſeret. Noluimus deniq;, ut hec noſceret poſteritas, patruum in patruelem inſurrexiſſe. Et hec tantiſper noluimus, donec nos magis nolle, emiſſa à te ad principes epiſtola non ſineret. Eam uero q̃tum putas meroris nobis intuliſſe? Modeſtiam tuam prius laudaueramus, & tute, ut laudari non poſſet, effeciſti. Innocentiam tuam commendaueramus, & tute, ut commendari non poſſet, in cauſa fuiſti. Omnem culpam in hoſtes noſtros coniciamus, & ut in dilectionem tuam non poſſet conijci, epiſtola à te emiſſa, conuincit. Titulum prefixiſti illumq; regis, Chriſtiernum, quondam regem uocas, quem adhuc uiuere tute compertum habuiſti: Iterũ prefixo nomine, apertum inimicum uocas, qui adhuc tibi apertus inimicus eſſe non uult. Calcem excuſſæ epiſtolæ, etiam ſigillo tuo munijſti ut demum apertum eſſe, à te profectam epiſtolam, & non ab alijs, teſtarere. Credimus & ipſum hoc conatum te, ut ex hac quoq; parte, qui te prius laudaueramus coram principibus, qui te authorem huius ſceleris non eſſe, ſed periurus quoſdam, qui Fridericum impuliſſent teſtati fueramus, tanquam mendacij nobis inuidiam conflares. Quod ſi, quia te ſemper laudauerimus, oſtendere uoluiſti, quedam nos contra ueritatem dicere, ignoſces tandem chariſsime patrue, ſi tecum iure agamus, & ab hac modeſtia noſtra, in iuris diſceptationem tecum deſcendamus, & à chariſsimo D. patruo noſtro, fratre autem tuo, culpam quam tu mortuo impingis, amoliamur: & noſtri deniq; aliquantam in diuellendis, que in nos retorques, criminibus, curam exerceamus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

crecamus. Diutius enim ſilere nos epiſtola tua non patitur. Tametſi iam multis menſibus euulgatæ, hactenus nunq̃ reſpondere uoluimus: ſperantes in ſaniorem te mentem reuocatum iri. Quod ubi minime facere te comperimus, quis nobis principum uitio uerſurus eſt ſi patris noſtri memoriam, & noſtram deniq; tuemur?

PRINCIPIO. ut clariſsimo domino patri noſtro regi Ioanni & nobis inuidiam concites, tanq̃ minus ſyncere, uterq; noſtrum tecum egerit, teſtamento relictos tibi eſſe nobiliſsimos ducatus Sleſuicum, Holſatiam, Stormariam ais. Id uero ita eſſe, cui fidem facturus es? quomodo enim putas Illuſtriſsimum principem D. CHRISTIERNVM auum noſtrum, tuum autem patrem clariſsimum, tam ab omni ratione abhorruiſſe, ut tibi protinus iuniori cos ducatus teſtamento permitteret? Vbi ſunt iſtæ tabellæ teſtamentariæ, quibus idipſum poſsis conuincere? Teſtamento reliquit: Tabellas ergo reliquit, in quibus ultima illius uoluntas ſcripta eſt. At ubi ſunt? Penes te? quare ergo non promis, oſtendis, in medium producis? Clariſsimo patri D. Ioanni regi eas unq̃ oſtendiſti? minime. Nobis unq̃ oſtendiſti? neq; hoc iuditio illas unquam ſubiecisti ut examinarentur? Nequaq̃. At uero cum diceres illos ducatus tibi ſoli deberi, inq; eos egre ferres aliquod fratri tuo ius eſſe, aliquod nobis ius eſſe nonne ut teſtamentarias tabellas depromeres frequenter requiſitus fuiſti? Quod cum ne faceres conſcientia te tua deterreret, nonne argumentum nobis prebes, unq̃ tale aliquod teſtamentum conditum eſſe, negandi? Profer litteras, oſtende tabellas, euince ultimam clariſsimi domini aui noſtri uoluntatem fuiſſe, ut tibi ſoli tres nobiliſsmi ducatus cederent. Tunc quomodo tecum agamus non deerit. Quod ſi hoc non audes, quomodo tibi ius ſoli, in eos ducatus uendicare preſumis? Si tabellas proferre dubitas: plane inficiamur unq̃ uoluiſſe clariſsimum principem CHRISTIERNVM primum ut ſolus in eos ducatus ſuccederes. Neq; uero defuere preces quibus frequenter à te petierimus, ut illarum copiam nobis faceres, ſed deterrebat te, quod ſi in publicum producerentur, facile conuinci poſſent, efficitæ eſſent. Quando non deſunt magni principes, qui eas teſtimentarias tabellas, tribus annis priusq̃ naſcerere factas eſſe ex ſubſcripto tempore aſſeuerant. Illis tibi ſi deberi nobiliſsimorum ducatuum poſſeſsionem putas, magis alienum à iuſtitia quid potes requirere? Scilicet uero tribus annis priusq̃ naſcerere, naſciturum te pater preſci=

uit, ut

Rex Chriſtiernus cũ duce Holſatiæ iure agere uult, & clariſsimi domini patris domini Ioannis aliquantam rationem aduerſus patruelẽ habere.

Multis mẽſibus expectauit rex chriſtiernus priusq̃ reſpondere uellet, ſperans in ſaniorẽ mentẽ ducẽ uenturum.

Probatur q̃ rex Chriſtiernus primus auus regi Chriſtierni tres illos ducatus teſtamento non legauit duci Holſatiæ.

Si teſtamento reliquid Chriſtiernus primus eos ducatus debere ducẽ Holſatiæ litteras habere quibus id poſsit oſtendere,

Inuitatur dux ut litteras teſtamenti in medium proferat ſed nũq̃ auſus eſt id facere, quia uel nõ habet uel ſi quas habet, falſæ ſunt & à rege Chriſtierno non datæ.

Frequenter petiuit rex hic Chriſtiernus ut dux ſuas litteras oſtenderet, noluit autem, quia tribus annis cõfectæ ſunt ante q̃ naſce=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

uit, ut protinus trium opulentißimorum ducatuum poſſeßione donaret? quid magis ridiculum poßis comminiſci? ſed matri (ais) negotium à clarißimo patre datum fuit, ut cum aliquot epiſcopis, & alijs conſiliarijs poſt mortem, nos in eorundem ducatuum poſſeßionem induceret. Quomodo uero id potes Illuſtrißimum patrem tuum feciſſe, euincere? quomodo potes id clarißimæ genitrici tuæ in mandatis datum fuiſſe, oſtendere? quod ſi non potes oſtendere patrem clarißimum uoluiſſe, ut in ducatus eos ſuccederes, quomodo ut in eos te introducerent mater, epiſcopi, conſiliarij ab eodem mandatum accepiſſe putas? Sed in ducatus illos te introduxere. quid hoc ad cauſam? Nam de facto non inquirimus, de iure queſtio eſſe debet. Itaq; an iure in eos ducatus introductus ſis, in dubium uertitur. Atqui ſi iure tibi ducatus illi ex patris teſtamento debebantur ſi ultima id uoluntate pater cauit, queſo cur ignorante fratre tuo maiore natu, clarißimo patre noſtro clanculum in eos ducatus ſubrepſiſti? Cur ſacramentum à populo flagitaſti, priusq̃ id natu maior frater moliri reſciſceret? quid uero ſi in te propenſior mater fuit, ſi propenſiores aliquot conſiliarij, q̃ in patrem noſtrum natu maiorem te fratrem, ideo ne protinus fit, ut feudalia tibi cedere bona debeant? Aut ſi te clanculum puerum introduxerint, ideo ne protinus noſtrum nobis feudum antiquabitur? quo id iure fecerint? Aut quod matri tuæ clarißimæ auiæ noſtræ in auitam hereditatem, quid conſiliarijs aliquot, quorum opera introductus es, iuris fuit? Non fuerat ea clarißimæ auiæ, non fuerat conſiliariorum hereditas, quid ergo ad cauſam ſi te introduxerint? Nempe niſi probare poßis, patris teſtamento cautum eſſe, ut in eos ducatus ſolus ſuccederes, fruſtrà nobis factum obijcis, quo te clarißima genitrix, & conſiliarij aliquot intruſerint, cum ex illorum facto nihil conſequi poßit, quod iuri noſtro queat derogare. Quare uero poſt mortem clarißimi aui noſtri patris tui Illuſtrißimi & prudentißimi principis, non ſtatim teſtamentariæ tabellæ, ad clarißimum patrem noſtrum delatæ ſunt? quare patris ultima uoluntas non illi ſtatim intimata? Imo cur non tandem cum ſæpenumero requireret, ut litteræ oſtenderentur monſtratæ non ſunt? Nonne hic certißimum indicium eſt, conſiliarios illos, qui te introduxerunt res nouas uoluiſſe moliri? Nam ſi uerum teſtamentum fuit cur productum non eſt? Cur non priusq̃ in ducatus eos deduceceris, oſtenſum? At cur neq; poſtea cum adueniret unq̃ productum fuit?

q̃ naſceretur ut aliquod principes aiunt qui eaſdem apud ducem uiderũt ſi negat proferat in medium & demonſtret.

Non fuiſſe datum conſiliarijs aliquot in negocijs ut ducẽ Fridericũ introducerent neq; id ꝓbari poſſe.

Nihil ſequi ex eo ꝙ introductus eſt nã priuatorũ factũ non poteſt publico iuri derogare.

Magnũ iudiciũ eſſe ex eo ꝙ ignorãte fratre maiore natu introductus eſt, ꝙ litteræ teſtamenti cõſictæ erant, quia illas nõ audebat oſtendere quod feciſſet ſi ueræ fuiſſẽt

Ducatus paterni erãt ergo nihil iuris in eos mater aut cõſiliarij aliquot habere poterant.

Si ueræ fuiſſent teſtamẽti tabulæ bene potuiſſent fratri maiori natu oſtendi neq; opus fuiſſet diſimulatione,

Littere frequenter requiſitæ non ſunt oſtenſæ.

ctum fuit? Cur oſtenſo eo conſiliarij qui te introduxerunt, à ſe facti
culpam amoliti non ſunt? Cur non in commune regni conſilium, aut
ad Cæſareum potius regimen cauſam tuam deduxiſti, cur iniuriam tibi
fieri, ꝙ ſolus eos non poßideres, coram omnibus hominibus non qui-
ritaſti? Cum ſi litteræ tibi eſſent tales, quales nunc indicare uideris,
poſſes apud ignaros legum homines magnum nomen, magnam exiſti-
mationem tanq̃ iuſte omnia faceres, uenari? Cur deniq; tot in tracti-
bus nunq̃ huius rei mentionem feciſti, Cur in nouem annis, quibus re-
rum potitus eſt, rex CHRISTIERNVS nunq̃ huius rei, ne ſemel
quidem, meminiſti? Enimuero quomodo fidem facere poßis, Illuſtrißi-
mum dominum Chriſtiernum auum noſtrum, patrem uero tuum, tam
exacerbatum aduerſus filium Ioannem fuiſſe, ut illum penitus eorum
ducatuum ſpe exueret? quid commiſimus nos heredes, ut protinus uel-
let omnem ſpem eorum principatuum nobis reſcindere? Aut quid com-
miſit clarißimus dominus, & pater noſter Ioannes, ut illum pater in-
dignum teſtamento duceret, qui in auitorum principatuum partem ſuc-
cederet? Nunquid aduerſus eum conſpirauit, Nunquid in his, que pa-
ter iubere poterat, inobediens fuit? Nunquid cum hoſtibus pactum
contraxit? Numquid in patrem ius uſurpauit? Nunquid merita de
cauſa patrem aduerſus ſe prouocauit? Nunquid tale quid commiſit,
unde iure abdicari potuiſſet? quod ſi tale quid eidem tribuere, neq;
tuipſe potes, omnesq; norunt nunq̃ tale quid auditum eſſe, quæ potu-
iſſent Illuſtriſſimum dominum CHRISTIERNVM auum noſtrum
inducere, ut filio eorum principatuum omnem ſpem interdiceret, eun-
demq; hoc in iure abdicaret? Siquidem hæ à nobis enumeratæ cauſæ
abdicationis cauſæ ſunt, quæ ſi non adſunt abdicandi ius protinus tolli-
tur. Deinde uero, quod poterat tuum, tam ingens meritum erga pa-
trem eſſe, ut protinus quod iure non poterat tibi elargitum uellet. No-
num annum egiſſe te ſcribis poſtq̃ pater mortuus eſt. Eo tempore quã-
nam tam ingentem patris gratiam tibi aſciſcere poteras, ut in maioris
natu filij præiudicium tibi tam foret beneficus? Tu ne patrem liberaue-
ras? Tu ne pro illius ſalute corpus tuum hoſtibus obieceras? Tu ne in
illius commodum fortiter bellum geſſeras? Tu ne illius maieſtatem ad-
uerſus maledicos tutatus eras? In ſumma quid dignum tanto munere
feceras? Aut quid nos indignũ iure noſtro commiſeramus? ut eo (quo
tu non es) iure ſpoliaremur? An ne maior natu filius fuit clariſſimus
pater

Litterarum, quarum nunc Illuſtrißimus Holſatiæ dux meminit nunq̃ prius mentionẽ fecit q̃ hoc anno cũ regẽ in animo haberet expellere.

Probatur ꝙ nũq̃ tale teſtamentũ cõdere uoluiſſet Chriſtiernus primus regis auus.

Nullum meritum fuiſſe D. Ioannis aduerſus patrẽ ſuũ unde ab hereditate paterna ſecludi deberet ipſe & illius heredes in perpetuum.

ABDICANDI CAVSAE.

Nullũ meritũ fuiſſe Holſatiæ ducis, erga patrem ſuum ut inde deberet in preiudiciũ natu maioris filij tribus illis ducatibus à patre donari.

χρονικῶσ queſitum.

D. Ioannem regem patri percharũ fuiſſe, unde uериſimile non eſt

pater noſter? An ne patri acceptus, obediēs, percharus? An ne ille, cuius indolem pater unice admirabatur? Cuius prudētiam unice commendabat? In illa uero tua infantia, quid tam admirandum augurari poterat? quod ſi illi deus immortalis dono dederat, ut futurarum rerum cognitionem habere potuerit, noſceretq; eo in culmine honorum uicturum te, ſi preuidiſſet, ut tu aliquando nepotes ſuos omni poſſeſſione ſpoliares, ān putas idipſum quod nunc ais, uel ſemel tibi indulgere uoluiſſe, aut uel cogitaſſe, ut indulgeret? At demus, ut uoluiſſet. faciamus ita eſſe, q̄ Illuſtriſſimus D. CHRISTIERNVS primus, Fredericum teſtamento uoluiſſet trium ducatuum, ſolum heredem eſſe, in eamq; rem tabellas fecerit, Matrē iuſſerit ut te introduceret, conſiliarijs preceperit ut te eorum ducatuum poſſeſſione donarent: ān putas ratum id & firmum haberi debere? Cum enim leges ultimam uoluntatem ratam haberi uolunt, non de ea loquuntur, quæ quod uult non poteſt efficere. Alioqui ſi tum mihi teſtamento imperium legares protinus ne fieret, ut ego in id iure ſuccedere deberem, quod tu ultima uoluntate mihi legaueras? Minime uero. Quid ergo, ſi in patris tui poteſtate non erat, ut tibi tres illos ducatus ſoli permitteret? quid tum dicturus es? Atqui interrogare te uelimus Koßkyldenſem tuum, ān pater citra cauſam abdicationis maiori natu filio feudalium bonorum ius poſſit interdicere, an citra Cæſaris, uel ab eodem deputati conſenſum, ā ueris heredibus ad alios, eorum quæ Cæſari bonorum ſuperioritatem fatentur poſſeſſio, transferri poſſit. Hereditarij ducatus erant Holſatia, Sleſwicum, Stormaria, Primus & ultimus Cæſarem ſuperiorem cognoſcat. Non poterat ergo conferri uni, & ā uero herede alienari, citra Cæſareæ maieſtatis, uel commiſſarij cognitionem. Porro an Cæſar, ut Illuſtriſſimus rex Ioannes pater noſter ab ijſdem alienaretur permiſit? Minime, an conſenſum dedit, ut ſolus Fœdericus heres eſſet? Nequaq̄. Quinimo nonne & nos, ā ſacratiſſimo Cæſare Karolo quinto fratre & domino noſtro eoſdem in feudum accepimus? Euincere autem potes. uel Cæſarem unq̄, ut patri noſtro ſuum ius abdicari permitteret, ſollicitatum fuiſſe? quod ſi neq; Cæſar ſollicitatus eſt, neq; poſſint ab heredibus principatus illi, citra Cæſaris conſenſum abſtrahi, quomodo deberi ſoli tibi eorum ducatuum ius aſſeueras? Aut quomodo teſtamentum, quod conditum non eſt, locum habere putas? ſi uero & litteras habes, quod in illis, ut pater noſter

abdicari

non eſt teſtamento ab illo tres illos ducatus abalienaſſe & alteri tribuiſſe.

Etiam ſi uoluiſſet rex Chriſtiernus primus ducatus illos abalienaſſe non potuiſſet, quia feudalia erant.

Pater citra cauſam filium abdicare non poteſt, unde non poterat à Ioanne eos ducatus abalienare etiam ſi uoluiſſet rex Chriſtiernus primus.

Sine ſcitu Cæſaris non poterant illi ducatus alienari quia Imperij ducatus ſunt Cæſari aut id numq̄ intimatum fuit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

abdicari poſſet, ius ſcriptum eſt? At fratri inquis meo D. Ioanni natū maiori regni poſſeſſionem permiſit, nobis uero ideo tres illos ducatus elargitus eſt. Egregia ſane cauſa, cur nos auita hereditate exueremur. Quæ autem leges iubent, aut etiam permittunt, ut regnum quod alter conſequitur in præiudicium paternorum principatuum conſequatur? Legem uero àn noſti, qua ſancitum ſit, eum qui Daniæ rex ſit, eundem ducem Holſatiæ, Stormariæ, Sleſuicæ eſſe non poſſe? Nequaq̃. Cur ergo, quia Illuſtrißimus D. pater noſter regnum conſequutus eſt, ideo confeſtim debuit eorũ ducatuum ius, et ſibi & heredibus amittere? Quid uero, ſi non tam paterna ex donatione q̃ ſuo ex conſenſu Dani, Illuſtrißimo patri noſtro regnum ceſſiſſe dicant. Erit ne hic tum ſufficiens ratio principatuum poſſeſſus amittendi, q̧ regnum acceſſerit? Conſonũ uero putas, ut ſi patri noſtro Illuſtrißimo regi Ioanni plures filij fuiſſent, cũ omnes in regnum non potuiſſent aſſumi, ut hi totam etatem auitis poſſeſſionibus exuti mendicarent? Maioriſq; natu filij ſoboles, exularet, cum qui natu minores eſſent citra omne municipale ius ſoli medijs in delicijs triumpharent & uerſarentur. Quod ſi cum regio nomine protinus à ducatuum titulis ſit abeundum, cur tu iam parum Chriſtiane, regis appellationem tibi uendicans, non protinus ducatuum poſſeſſionem abijcis? Quæ cum talia ſint, & ignoto fratre in ducatus eos te ingeſſeris litteras non habeas teſtamentarijs tabellis careas, aut ſi quas habeas, hæ fictæ ſunt, neq; uoluerit Illuſtrißimus auus noſter maiorem natu filium hereditarijs principatibus priuare, aut etiam ſi uoluiſſet, non potuerit, Cum teſtamentum in alienatione feudalium bonorum, & preſertim principatuum locum non habeat, neq; poſſint illi citra conſenſum ſuperioris abalienari. At ſuperiorem autem ne ſemel quidem huius rei mentio peruenerit, nonne fateri cogeris Illuſtrißime patrue citra rationem hoc crimen Sereniſſimo D. patri noſtro D. Ioanni regi nobiſq; tanq̃ preter ius fecerimus, qui cõmunes tecum ducatus hactenus habuerimus à te impactum eſſe? & preter officium fratris agere te qui Illuſtriſſimo Ioanni Domino & patri noſtro fratri autem tuo auaritiæ crudelitatiſq; crimen impingis, nobis autem preter patrui partes, ea ex re tantam inuidiam concitas? Noli uero à nobis expectare, quaſi aduerſum te acturi ſumus, eo quo erga nos exemplo uſus es. Hoſtem non uocabimus, inuidiam tibi non conflabimus, Solum autem ius noſtrum, & clariſſimi fratris tui, qui ſuam

Solutio argumenti ducis Holſatiæ, non ſex qui quia rex Chriſtiernus primus Ioanni regnum permiſit, ut protinus ab codẽ ducatus illos abalienaret.

AD IDEM RATIONES.

ARGVMENTA ALIA IN EANDEM PARTEM.

EPILOGVS EORVM QVE DICTA SVNT.

Non admodum pie agere Holſatiæ ducẽ qui tantã inuidiã regi Chriſtierno citra rationem concitat, & fratris ſui cineres perſequitur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

defenſionem mortuus apud hoimnes agere non poteſt memoriam, tuebimur. Idipſum neq; tu merito in nobis reprehendas. Quæcunq; in nos congeſſiſſes, utcumq; ferenda erant, at quod in Chariſsimum patrem dicitur, caue tibi perſuadeas, in iudicium reuocatum non iri. Non permittemus, citra ius clariſsimi fratris tui exiſtimationem apud homines traduci, & cum non permiſerint tui illi, ut fratris rationem haberes, nos illi aduerſum eos patrocinabimur.

Reſponſio ad diuiſionẽ ducatuum & aſſumptionem ſacramẽtorum à populo utriuſq; ducatus.

DIVISIONEM igitur ducatuum fecit, populum ut ſibi uelut & nobis ſacramentum preſtaret, induxit. Quid hoc non faceret? Maior natu erat, Verus heres erat. Tu clanculum in ea, quæ tua non erant, irrepſeras. Omnia tibi uni uendicaras, quæ cum fratre cõmunia tibi eſſe debuerant. Cur ergo non diuideret, cur populum, ut ſacramentum ſibi preſtaret, non induceret?

Regis ſubditorum erga eum in tribus illis ducatibus conſtantia, niſi cõpulſi fuiſſent per ducem à rege deficere.

AT minorem ais partem nobis reliquit, idq; per uim, dum ſimili modo plebem ad ſacramentum compulit. Non compulit autem alioqui ſi non ſponte ſacramentum ſuſcepiſſent, cur tam diu in illius fide perſtitiſſent? Videbant illum uerum heredem eſſe, & ſponte in partes deſcenderunt, neq; clariſsimi domini patris noſtri modo, ſed & in noſtras, quas egregie, ut bonos & fideles uiros decuit, tutati ſunt, donec ne magis id facere poſſent, per te ui coacti ſunt. Porro quo uultu minorem tibi partem ducatuum relictam eſſe aſſeueras? Nonne tibi eligendi poteſtas oblata eſt? Nonne tuo nomine chariſsima auia noſtra mater tua, quæ te unice deperibat, elegit? Putas uero deteriorem, illam unquam partem tibi eligere uoluiſſe, quæ in id prius laborauerat, ut ſolus ducatibus illis potireris? Tibi permiſſa electio eſt, non eam ſibi Illuſtriſsimus rex Ioannes arrogauit, Tibi liberum fuerat, quam uelles partem aſſummere, nõ ut alteram aſſumeres coactus fuiſti. Cur ergo minorem partem tibi relictam eſſe conquereris? Age uero ſi minor ducatuum pars fuit, quæ tibi matre eligente ceſſit, cur illam quarto demum anno non permutaſti? Num meminiſti enim, quod quarto anno quam prior optio tibi data fuit, iterum nouam eligendæ tibi partis copiam Illuſtriſsimus parens noſter conceſſit, eamq; tu partem, quam prius habueras, retinuiſti? Cur uero retinuiſſes, ſi minor fuiſſet? quæ eſt hic ratio fratrem calumniandi? aut quo id iuditio facis patrue? Num hec ita acta ſunt? quod ſi fratris memoriam penitus ſtudes obducere, at recordare ſaltem, quod is preter eam, quam tibi, non ille reliquerat, ſed

Facta fuit poteſtas eligendi utram partẽ quam uellet ipſi duci Holſatiæ, & elegit eam quam nunc minorem uocat.

Quarto anno ab electione facta iterum oblata fuit electio illius partis quã uellet duci Holſatiæ & retinuit eam quã prius habuit non retinuiſſet autem ſi minor fuiſſet.

ipſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ipſe aſſumpſeras partem, reguncularn non contĕnendam Strandtum dono dedit, ne uel minimum quid eſſet, quod in ſe poſſes calumpniari. Accedit, ꝙ cum poſt mortem clariſſimi D. patris noſtri, litteris tuis ſigilliſq; temet obligaſti, eam, quam prius partem habueras, ſeruare, ad eamq́; in iure continendam omnes uires impendere, nonne ſatis indicaſti minorem eam non eſſe? At quare igitur nouam diuiſionem peteres? Nam ſi ius locum habet ubi primam diuiſionem altera ſubſequēs confirmat, alia magis opus non eſſe compertum eſt. Quæ eſt ergo conquerendi hic ratio? quæ lamentandi occaſio, cum tute elegeris, tute confirmaueris, tute litteris ſigilliſq; polliatus ſis ea te parte contentum futurum.

NVM uero meminiſti etiam aperte proteſtatum eſſe te, diuiſionem ducatuum legitimam factam eſſe? Num in mentem uenit, quomodo tu Gothorpi in arce tua, litteras eam in rem munieris, neq́; tu ſolum, ſed & nobiliſſimi equites Holſatiæ, quorum omnium ſigilla inſtrumento illi, quo diuiſio facta oſtenditur appenſa ſunt. Num id mater tua clariſſima princeps Dorothea, quæ te (ut ais) in eos ducatus inuexit coram omnibus teſtatur. Litteras requiris? preſto ſunt. Penes nos diuiſionis diploma eſt, appendentibus Clariſſimi patris noſtri, Illuſtriſſimæ genitricis tuæ Dorotheæ. Tuo ipſius & multorum equitum, & nobilium uirorum, eorum ducatuum ſigillis. Quod Gothorpi anno domini Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo preſente tota nobilitate, atq́; adeo, quæ te unice deperibat, matre, ipſo die, qui Laurentio ſacer eſt, ſolemniter ad perpetuam memoriam confectum eſt. Neq́; uero hic dicere potes extortam à te diuiſionem eſſe. fateris patrue fateris maturo conſilio, animo deliberato, unanimiter diuiſas partes. Negas? litteræ preſto ſunt,

DIPLOMA QVO FRIDERICVS HOLSATIAE DVX FATETVR LEGITIME DIVISIONEM DVCATVVM FACTAM ESSE ET VNANIMITER ET MATVRO CONSILIO.

NOS IOANNES DEI GRATIA REX DANIAE NORuegiæ, Vandalorum, Gothorum electus in regem Suetiæ, Et

Rex Ioannes duci Holſatiæ reguncularn unam dono dedit & hanc gratiam nunc mortuo fratri dux retribuit.

Dux obligauit ſe eam partem ſeruaturum ſibi & heredibus ſuis quā habuit & in eā rem litteræ illius habentur à rege

Litteræ ducis quibus teſtatur legitimam diuiſionem factam eſſe confirmatæ ſunt in arce ducis Gothorpi.

DYPLOMA aliud ſuper eadem re ſubiungitur in ſecundæ epiſtolæ ducis reſponſione & incipit hos Dorothea, quando et mater ducis preſens erat & approbauit diuiſionem.

Item eſt aliud ingens inſtrumentū penes regē Chriſtiernū cui appenſa ſunt ſigilla regis Ioannis matris Dorotheæ friderici ducis & multorū equitū ducatuū Holſatiæ, in quo teſtantur legi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

legitimam diuiſionẽ factam eſſe illorũ ducatuum.

Fridericus heres Noruegiæ, fratres, duces, Sleſwiæ, Holſatiæ, Stormariæ, Dythmerſiæ, Comites in Oldenborg, & Delmenhorſt. NOTVM facimus, & aperte teſtamur pro nobis, & heredibus, & ſucceſſoribus noſtris, quibuſcunq́;, ex quo nos huiuſmodi ditiones noſtras, Sleſuicum, Holſatiam, Stormariam, maturo conſilio, animo deliberato, unanimiter diuiſimus, & in duas partes partiti ſumus, ut ita hereditarie maneant nobis heredibus noſtris, & ſupradictis terris noſtris in commodum, & auxilium mutuum, ex utraq; parte, ut duces & hereditarij principes harum ditionum tenemur, ꝙ nullus ex utraq́; parte in futurum, cum alijs principibus, dominis, terris, ciuitatibus quibuſcũq́;, nullo penitus modo aliquod fœdus facere, niſi forte, cum utriuſq; partis conſenſu. ꝙ ſi quis forte tale aliquid facere. etc. quæ ſubſequuntur, Datum Gothorpi Anno poſt Chriſti natiuitatem, M. CCCC. XC. die mercurij poſt Laurentij, Sub noſtris ſigillis.

Non obſeruauit Illuſtriſsimus Holſatiæ dux qđ pollicitus erat in litteris, nempe ſe non contracturum fœdus cum ciuitatibus aut principibus alijs citra ſcitum.

Idipſum ingens illud dyploma cuius prius meminimus, idipſum & aliud, quod poſterius ſubijcitur, continet. Hoc interea dum legis patrue uide, q̃ citra fucum obſeruaris, quod iſthic receperas curaturum te:, nempe cum ciuitatibus, aut principibus quibuſcunq́; nunq̃ facturũ fœdus te, niſi aut Illuſtriſsimus dominus pater noſter, aut illius heredes in eam conditionẽ aſſumerentur. Ferijſti uero nunc, non modo non uocatis nobis, ſed in noſtrũ exitium ademiſti, ſpoliaſti ea omnia, que noſtra eſſe iure tute tot litteris confeſſus es. quodq́; omnium malorum eſt longe grauiſſimum, adhuc nullum nobis ad eas ditiones ius eſſe non uereris inculcare, Vi factam diuiſionem ais, quam tu ligitimam aſſeris: mater teſtatur, indicant ducatuum illorum conſiliarij, qui magno illi dyplomati ſigilla ſua ſinguli appenderunt, ubi manifeſta omnia ſunt legitimaſq́; in partes digeſta. Hic prudentiam non in te patrue, ſed in perfidiſſimis illis nebulonibus, qui te ſeduxerunt, quis non deſiderare poſſet? Sed iam ſomniamus refugium, forte dicturi ſunt ingenioſi cauillatores tui, extortas à te litteras eſſe, quandoquidem non uidemus, quam aliam in formam hic proteus ſeſe conuertat. Atq; ex quo ſcimus cum legum ſimijs nobis congrediendum eſſe, ita duximus agẽdam hanc defenſionem aduerſum te noſtram, ut nihil tandem habere poſsis, quo ignaris rerum hominibus fucum prætexas. Itaq; qui fieri potuit, ſi ui extortæ ſunt, ut in arce tua Gothorpo confirmarentur. An puer eras? Atqui, ni fallimur, plus minus uiceſimum ſeptimum annum agebas. An

Mater, ipſe, conſiliarij ut ex litteris patet quandoq́; approbarunt que nunc aduce alias aſſerũtur & in dubium uocantur.

Refugium quod forte nebulones illi, qui Illuſtriſsimũ Holſaciæ ducem ſeduxerũt aſſumpturi ſunt.

Solutio refugij nõ coactũ in litteras ducẽ quãdo non ſunt in arce regis, ſed ducis factæ litteræ, deinde

matre

ſolus

ſolus eras? Minime uero preſto erant ducatuum conſiliarij. Preſto illa, que te unice deperibat, mater, quæ tibi ſoli ducatuum illorum poſſeſſionem cedere maluiſſet, & contenta tamen ea diuiſione fuit, teſtatur id litteris ſigillatis ſepenumero. Ea erat que diuiſioni interfuit, quæ partitionem non acceptauit modo, ſed aperte approbauit. Sed neq; poſtea unq̃, aut ea proteſtata eſt, illatam eſſe tibi iniuriam, aut coactum in litteras te, ſed ſemper commendauit equalitatẽ: ſemper iuſtam legitimamq; partitionem aſſeruit. Hic non dicimus, ſi omnium ſubditorum ſententia exquiratur. protinus futurum eſſe, ut æquiſſimam dicturi ſint diuiſionem illam. Non dicimus à te nihil unq̃ ante hoc tempus dictum eſſe, quod partitioni illi poſſet aduerſari, quæ cum ita ſint uides patrue, q̃ imprudenter id à te nobis obiectum eſt. Quid autem ad negotiũ quod tutorem tuum egit Illuſtriſſimus pater Ioannes? Nonne multis te natu maior annis fuit? quid ergo, quod tutor fuit, commiſſum eſt? Ideone protinus malum hoc in iugulum noſtrum retorquere debes? quid commiſit? quid aduerſum te machinatus eſt? ſed rationem adminiſtratæ tutelæ non reddidit. Non reddidit uero, quem tu litteris, ſigilloq; tuo ex actiſſimam fecíſſe teſtatus es. Audi litteras, lege dyploma. Neq; enim uidemus, quo te meliore poſſimus q̃ tuo gladio interimere.

matre preſente cum conſiliarijs ducatuum ut patet ex inſtrumẽto diuiſionis.

Illuſtriſſima Dorothea mater Illuſtriſſimi ducis Holſatiæ q̃ cum unice amabat, approbauit diuiſionem ut patet non ex uno, ſed multis inſtrumẽtis publicis que apud Sereniſſimum regem Chriſtiernũ ſunt, ſed neq; Illuſtriſſimus dux hoc dicturus eſt, ſed uoluit rex etiam reſpõdere his nõ quæ dicuntur ſolum, ſed que dici poſſent à leguleis.

DE ADMINISTRATIONE TVTELE.

DYPLOMA ILLVSTRISSIMI DOMINI FRIDERICI HOLSATIAE DVCIS ETC.

quo teſtatur aperte legitimam ſibi rationem redditam eſſe de adminiſtrata tutela à Sereniſſimo domino Ioanne rege D. CHRISTIERNI patre.

NOS FRIDERICVS DEI GRATIA HERES NORVEgiæ, Dux Sleſwici, Holſaciæ, Stormariæ, Dythmerſiæ, Comes in Oldenborg & Delmenhorſt, Notum facimus & aperte fatemur coram omnibus ex quo Illuſtriſſimus princeps Dominus Ioannes Daniæ, Noruegiæ, Vandalorum, Gothorumq; rex etc. Dominus noſter & frater Chariſſimus, iam aliquot annis iſtarum terrarum Sleſuici, Holſatiæ, Stormariæ, receptor & noſter tutor fuit & omnes prouentus arcium feudorum, prefecturarum, uectigalium & oppidorum ſuæ dilectionis & noſtro nomine leuauit ex data huius teſtimonij ex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

prenominato domino & fratre noſtro de omnibus quæ ex prenominatis dominijs etc. prouenerunt ex tempore quo illius dilectio primum huiuſmodi ditiones noſtras Sleſuicum, Holſatiam & Stormariam prenominatas ex parte ſuæ dilectionis & noſtri in tutelam nacta eſt, uſq; ad datum iſtarum litterarū iuſtam & apertam rationē ſuſcepimus. Vnde & pro nobis & heredibus noſtris predictum dominum & fratrem noſtrum & illius heredes ex parte huiuſmodi tenatorum quitamus, & liberamus ab omni impetitione & requiſitione, quæ illius dilectioni aut heredibus illius inpoſtrum accidere poſſet, gratiaſq; agimus illius dilectioni de ſufficienti & bona computatione. Datum in Sunderborg, dominica poſt Egidij Abbatis, à Chriſti natiuitate. M. CCCC. XC. ſub noſtro ſigillo. Vides patrue q̃ tu omnem polliceris impetionem iuris ab heredibus dimoturum? Id uero an nunc probe egiſti? quid hic dicis? uiolenter extortum dyploma eſſe?

Soluitur & hic refugiū de extortione uiolenta, quandoquidē in arce matris ipſius ducis fuit factum inſtrumentum.

Atqui in arce matris tuæ Sunderborgo preſente eadem uidente tota nobilitate, prodijt. Iſtæ uero ſunt gratiæ, quas Illuſtriſſimo fratri tuo patri noſtro retuliſti? Iſtud eſt premium rerum tam bene iuditio etiam tuo adminuſtratarum? Tu mortuum impetis quem uiuum ab omni uolebas impetitione tutum eſſe. Tu à mortuo rationem requiris, quam à uiuo exactiſſimam redditam eſſe confeſſus es. Tu ea ex re nobis inuidiam conflare paras qui ne unquam impeteres, deuotus es. Et hec quidem omnia in hoc ut tandem in mentem reuoces q̃ preter offitium fratris agis, qui Ioannem regem inſimulas. q̃ preter principem facis qui datarum à te litterarum memoriam tam facile aboleuiſti.

EPILOGVS.

En rationem diuiſæ hereditatis habes. Diuidenda erat. Sed & diuiſit mater. Heres omnium eſſe non poteras. comprobauit id genitrix. Illa cum nihil in tui gratiam omitteret legitimam tamen diuiſionem eſſe, confeſſa eſt.

LACONYSMVS.

Atq; hic reſponde, Minor pars tibi relicta eſt? ergo mendatiū (quod abominamur dicere) clariſsimæ matri tuæ, mendatium tibi impingis. Siquidem uterq; litteris ſigillatis equam factam eſſe teſtamini. quid ad hunc laconyſmum reſpondes? Inſiciari potes? Sed oſtendimus.

NVNC ALIA AVDI.

ILLVSTRISSIMVS HOLSATIAE DVX.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

POSTQVAM VERO ad perfectam etatem peruenimus, tutelareſq; annos egreßi ſumus ab eodem domino fratre noſtro rationem adminiſtratæ tutelæ, deinde & fraternam hereditatis & equalem diuiſionem fieri petiuimus, ſed & apud eundem pro adnata nobis regni Noruegiā parte ex quo hereditarium id regnum eſt, ſolliciatuimus. Prætereà ut nobis id permitteret, quod minoribus natu regum filijs, è paterno regno attribui ſolet, Centum aureorum millia preſolueret, que noſtris ex ditionibus pro illo data fuerant. In his tamen tam fraternis petitionibus hereditariaq́; promotione, nihil conſequuti ſumus; & tametſi in eam rem amicos noſtros ſolliciatauerimus, qui pro nobis intercęſſere, Hæ tamen preces à D. fratre noſtro contemptui habitæ fuere. Cum uero & id iure cum illo promouere uoluiſſemus, noluit iudicem aut ſuperiorem, ut qui Daniæ rex unctus erat agnoſcere. Quinimo auditæ ſunt hæ uoces, niſi ab illis conatibus deſiſteremus, futurum eſſe, ut & alteram nobis partem detraheret, uiq; ſibi ſeruaret. Vnde factum eſt, ut nullam unquā iuris executionem conſequuti ſimus. Quod & ſufferre coacti ſumus, donec idem D. frater noſter è uiuis migraret.

ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS DOMINI CHRISTIERNI DANIAE ETC. REGIS AD SVPRADICTVM ILLVSTRISSIMI HOLSATIAE DVCIS ARTICVLVM RESPONSIO.

CVM IN eandem tutelæ rationem litteræ à te exhibitæ ſint Charißime patrue, ſintq́; penes nos ſigilla tua, quibus recte adminiſtrata omnia tute aſſeueras, quur ſuperiore articulo citra omnem rationem adminiſtratos tutelares annos inculcans, Nunc uero eandem rationem tibi reddi non potuiſſe, quo animo audes aſſerere? Nam de fraterna hereditaria diuiſione iam dictum eſt quum tu illam multis modis ratam habuiſti. principio dum loco tui Chariſsima auia noſtra, mater tua eligeret. Deinde dū quarto poſt anno, iterū oblatiōe eligendi facta, eam quam prius ſeruaueras partem retinuiſti. Demum cum ſolemnibus litteris ea te parte cum heredibus tuis contentum futurū aſſeuerares. Reliquum eſt igitur, ut tibi de regni Noruegiā parte reſpondeamus, pro qua ſolliciataſſe te, Clarißimum. D. patrem noſtrū aſſeueras,

neq́; tamen

Litteræ ſigillatæ ducis apud regem ſunt quibus patrē Sereniſſimi regis dominū Ioannem ab omni calumnia quæ incidere poſſet aperte liberat.

Loco ducis illius mater elegit, qui eum unice diligebat, unde non eſt dubium quin falſum ſit, quod nūc ait deteriorē ſibi partē ceſſiſſe, Deinde facta eſt illi altera eligendi copia quarto poſt anno.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Reſpōſio ad id quod pretendit dux de regni Noruegiā parte.

Noruegiæ ſubactio prima & ſecunda.

Vocatur dux Holſatiæ ut ius ſuū ueniret requiſiturus & non uenit neq; miſit aliquē ſuo nomine.

Noruegiæ ſubactio ſecūda citra auxiliū ducis facta à rege Chriſtierno uiuente adhuc tamen patre.

Negociū feliciter in Noruegia geſtū quā Sueti totā excepta arce Bahouſio expungnauerant & ieccrāt.

Si iure ſtare uellet dux Holſatiæ nihil ſibi deberi i regno noruegiæ, quia id paſſus ſit ſubigi & ut redigeretur in poteſtatē non laborauit,

neq; tamen id impetraſſe. Principio, ut ad ſingula tibi reſpondeamus.
Satis conſtat, poſt mortem clariſsimi principis Domini Chriſtierni pri=
mi aui noſtri, patris autem tui Noruegiam totam rebellaſſe, excepta for
te arce una. Quo factum eſt, ut coactus ſit Illuſtriſsimus Dominus pater
noſter, fraterq; tuus coniunctis uiribus id regnū in poteſtatē redigere.
Et fecit ſane accedentibus, quod negare non uolumus, auxilijs tuis, quo
iam egregie facto negotio, cum ad regni inaugurationem proficiſceretur
ad te miſit oratum. uti ſecum in Noruegiam proficiſcereris, & quam
tibi deberi dicebas partem, eam uenires aſſumpturus. Id inficiari non
potes. Ipſe tamen cum ad ius, quod tuū eſſe ais, ſuſcipiendum uoca=
reris parere illis precibus, quæ tuā utilitatem concernebant, noluiſti. Ne
q; ueniſti enim, neq; aliquem unq̄ tuo nomine tranſmittere dignatus
es. Hec aperta ſunt, Ius tuū proſequi ſpreuiſti, accedere cum fratre
noluiſti, qui tuo nomine ius tuum proſequeretur ut iret aſpernatus es.
Re ipſa nullam tibi curam partis illius ſat monſtraſti, ipſoq; adeo facto
ius tuum antiquaſti. Procedente tempore dum poſt aſſumptionem ſa=
cramenti à populo, iterum regnum illud Suetorum uiribus totū, excep
ta arce Bahauſio ſubactum fuiſſet, cum iterum, ut id ſibi ſubijceret D.
pater noſter, exercitum compararet, à te petijt, ut auxilia tua tranſ=
mitteres, ut communibus auſpicijs idem regnum ſubigeretur. Neq;
tranſmiſiſti uero tu, neq; prius unq̄ ſollicitaueras aut ne mentionem
quidem ingeſſeras partis tuæ, quam nūc nobis inculcas. Ipſi tamen nos
a Clariſsimo D. patre noſtro tranſmiſſi ſumus, & accedente ſingulari
dei gratia fœliciter negotio perfuncti ſumus, & hæc omnia citra auxi
lia tua, aut minimas ſuppetias à te miſſas. Ex hoſtium manibus regnū
uindicauimus, rebellantes arces, immo non tam rebellantes q̄ iam hoſti=
libus preſidijs firmatas, in poteſtatem redegimus. Suetos qui illud reg
num occupauerant in ſua redire, coegimus. Id deniq; effecimus, ut quæ
Suetorum erat Noruegia, patris imperium rurſus acceptaret, profliga
tis inuaſoribus. Hic tu clariſsime patrue, ſi iure ſtare uis, aliquid debe
ri tibi eo ex regno affirmabis? Hoſtium regnum fuit. Tu ut ex eorum
manibus eriperetur, nullum ſubſidium miſiſti. Belli iure Suetorum
regnum fuit. Nos ut illorum diutius eſſe non poſſet dei omnipotentis
gratia effecimus. Tu domi ſedebas, nullam curam huius, quam nunc
introducis, partis, agebas, cum nos tot periculis corpus noſtrum obij=
ceremus, & quod iure bellorum Sueticum uideri poterat, eodem effi=
ceremus, ut

ceremus, ut paternum fieret. Expenſas, militem, ſtipendia pater pre=
ſtabat, nos quod unum poteramus, diligentiam & laborem. Tu qui=
etus procul agebas. Hic nos ſi legibus tecum agere uelimus, nonne
protinus conuincere poſſumus, omne quod eſſe tibi ius ais, eo bello an
tiquatum fuiſſe? feciſſeq́; te eo ꝙ auxilium non miſeris, ut dignus ſis
nihil unq̃ earum rerum conſequi? Nam qui facto ſuum ſibi ius amo=
ueri patitur, neq́; curam illius recuperandi habet, is protinus efficiat, ut
& ius quoq́; ſibi merito poßit derogari. Atq́; hic obiter uide q̃ id nõ
ſemel transgreſſus ſis, quandoquidem cum uix anno finito, iterum
Kamiti allonis equitis inſtinctu, paternum imperium Noruegia detre=
ctaret, neq́; tu hic iterum ſubſidium miſiſti, & citra omnem operam
rurſus ſubacta eſt. Hic denuo nullam tibi illius partis curam eſſe reip=
ſa oſtendiſti. Quid uero curã haberes ut ſubiiceretur, qui ne ſemel qui=
dem partis tuæ mentionem ingeſſeras? Miſſum eſt tamen ad te crebro à
Clariſſimo D. patre noſtro prius ut adeſſes, aut qui abſentis munere
fungeretur tranſmitteres, & recuſaſti. In ſumma nullum unq̃ ſignum
edidiſti, quo tale quid uideri poſſes requirere uelle, quale nunc Illu=
ſtriſſimo domino fratri tuo patriq́; noſtro, quaſi à te requiſitum eſſet
impingis. Imo neq́; nos unquam ſollicitaſti eam in rem, niſi cum ad te
pacis ſtudio ueniſſemus in Borſolmum. Iſthic cum adeſſemus, uideres
q́; nos in ditione tua, citra uires eſſe hoſtilibus armis circumſeptos, max
imo in uitæ periculo, cum liberum tibi eſſet omnia à nobis timore uitæ
periculſis impetrare: de Noruegiæ parte mentionem feciſti. & ut com=
promiſſum à nobis fieret, coegiſti. Qui non faceremus enim nos? In di=
tione tua eramus, tuæ uires aderant, timeri poteras, Animus erga te
noſter dubius erat. Nam ut non poſſet non dubius eſſe, facile declara=
bat, ꝙ à nobis amice requiſitus ut ad aliquẽ ad nos locum uenire dig
nareris, noluiſti. unde ad te medijs in periculis uenire coacti ſumus.
Hic tu nobis cõpromiſſum extorſiſti, quod quia tu non obſeruaſti (quod
& ipſe fateris) nos hoc preſenti ſcripto plane aſſerimus eidem nos
ſtare non uelle. Petiuimus ut Daniæ Noruegiæq́; conſiliariorum arbi=
trio ius tibi quod eſſe dicebas, committeres. Neq́; uoluiſti autem, quid
aliud potuimus magis unq̃ tibi preſtitiſſe? Bis uiribus noſtris ex hoſtiũ
manibus regnum ereptum eſt: citra omnem ſuppetiarum tuarum acceſ
ſionem. Iure ergo belli preter antiquum ius noſtrum, fuit nulla tibi
parte debita. Petiuimus tamen ut Noruegiæ, Daniæq́; conſiliariorum

Iure belli quia totum
illud regnũ è Suetorũ
manibus rex eripuit
non adiuuãte altero
illius eſſe.

TERTIA SVBACTIO REGNI NORVEGIAE.

Negligentia ius ſuũ
in Noruegia perdere
uideri poterat Holſa
tiæ dux deinde nunq̃
huius rei mentionem
fecit niſi hoc demum
anno quo regem ex=
pulit.

In maximo uitæ pe
riculo conſtituto rege
cum in ditione Holſa
tiæ ducis eſſet idem
dux ab eodẽ facile po
tuit quicquid uoluit
impetrare.

DVX Holſatiæ
compromiſſum à rege
extorſit quod quia ip
ſe dux non obſerua=
uit rex aſſerit ſe non
obſeruaturum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ſententiam exſpectares, & noluiſti. Quid ultra requiris? Hic tu con

Rex cõtẽtus eſt ſtare ſentẽtia cõſiliariorũ regni Noruegiæ pro ea parte quam ſibi deberi dux ait & quid illi iudicauerint facere.

ſcientiam tuam examina, atq; apud te, ſi quid iniquum commiſimus, tute perpendi. Vides ius? uides cauſæ tuæ ſegniciem? Nunc ut modeſtiam noſtram percipias nolumus omne ius nobis ſubſidio eſſe. Antiquamus factum, ꝙ tute ius tuũ contẽpſeris, ꝙ ſuppetijs non miſſis merito partem quam tuam eſſe dicis amiſeris, ꝙ ne ſemel quidem rei mentionem inieceris. Chriſtiane tecum agere parati ſumus. Ius tibi in Noruegiæ partem uendicas? Contenti ſumus ad conſiliariorum Noruegiæ ad legislatorum arbitrium omnia tibi facere, quæ illi deberi tibi à nobis

Rex Chriſtiernus mauult officioſus eſſe erga patruũ q̃ per ius ſeuerior.

determinabunt. Aliud requiris? Tu nos citra ius exegiſti, nos tecum iure agere uolumus, in quo tametſi tibi ſuccumbendum eſt, mauult tamen rex CHRISTIERNVS in te officioſus eſſe, q̃ per ius ſeuerior uideri. Talem tu hoſtem uocas, in talem tu omnes reges & principes conuertis, omnem populum concitas, oblitus es regem Chriſtiernum patruelem tuum eſſe, at nos te patruum nobis eſſe nolumus obliuiſci, In nos citra magnam pietatem inuectus es, nos cum iuſtitia nolumus

De debito quod minoribus natu regũ filijs debetur regis Chriſtierni reſponſio.

tale aliquid imprecari tibi, quale tu nobis adeſſe uoluiſti. Idipſum tibi perſuade, nos in reliquis omnibus obſeruaturos. Neq; enim maius tibi ius eſſe poteſt in eo quod auerſus nos ſubiungis debito, quod natu minoribus regum filijs conferri ſolet. Cauſaris hic Illuſtriſsimum domi-

Litteræ ducis apud regẽ ſunt quibus proteſtatur ſibi de ea parte ſatisfactum eſſe & fratrem ſuum ab omni calumpnia abſoluit, cur ergo hic iterũ uulnus refricat?

num patrem noſtrum. Illius apud omneis homines memoriam traducis, tanq̃ is minus bene tecũ egerit, deſyderaſq; idipſum in eo de quo tibi ſatis factum eſſe, neq; tuipſe negare potes. Quare decuit enim hoc uulnus hic refricuiſſe, cum tu probe tecum actum eſſe litteris & ſigillis tuis teſtatus es? Aut quid oportuit ex illis petitionibus tuis nihil conſequutum te dicere, quum nihil amplius unq̃ deſyderaturum te litteris tuis firmaris? Num enim litteras dediſti tu quibus iuraſti, nihil unq̃ moturum te quantum ad id ſpectat quod minoribus natu regum filijs dari ſolet? Num tu Illuſtriſsimum dominum patrem noſtrum, fratrem autem tuum, plane ab omni querela, quæ à te uel heredibus tuis ſequi poſſet abſoluiſti? Num tu in forma iuris omnia quæ in illum torqueri poſſent amolitus es? Deniq; nonne litteras dediſti, ſigillo muniiſti, legitime tibi ſatis factum eſſe à domino patre noſtro coram omnibus, lecturis, uiſuris, audituris, teſtatus es? quid ergo hic iterum hoc refricas. Tute aliquando contentus fuiſti, tute legitime tecum actum eſſe dixiſti. Tute omnem queſtionem ſi quæ incidere poſſet, à Sereniſſimo domino

patre

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

patre noſtro dimouiſti. & hic tam in tranſuerſum egere te conſiliarij tui, ut plane excaecaſſe te, niſi patruus eſſes, dicere cogeremur? Abſit uero ut id uelimus. Iuris apud nos mentio eſt. Tute aliquando, ut litteræ, quæ apud nos ſunt, tuæ oſtendere poſſunt, Sereniſſimum dominum patrem noſtrum abſoluiſti, tute ab eo omnem culpam ademiſti, quid ergo hic illius memoriam tam indigne traducis? Hæc negare non potes. Nam id nos coram omnibus principibus ſtatim poſſumus euincere. Litteras tuas habemus ſigillo munitas, quibus te contentum eſſe, quãtum ad id ſpectat, quod minoribus natu regum filijs dari ſolet, coram omnibus hominibus ad perpetuam rei memoriam teſtaris. Ipſe uero nouiſti à te profectas eſſe, ipſi nouiſti ſolemniter teſtificatum eſſe te. Illuſtriſsimum dominum patrem noſtrum ut egregium principem, & fratrem decuit, legitime tecum egiſſe, quantum ad id pertinet quod minoribus natu regum Daniæ filijs dari ſolet, & hic quem ſemel ſolemniter abſoluiſti, quomodo potes ſecundo in hominum ſermones mortuum traducere? Non te fratris cineres permouent? Non te tot principum ſententia deterret? qui in te inconſtantiam admirari poſſent, niſi à te culpam in conſiliarios aliquot, qui te ſeduxere, traduceremus. Neq; uero hinc exiſtima cauſæ tuæ melius futurum, ꝙ nos & regnis & litteris ſpoliaris, aut exinde puta in iuditium non deſcenſurum Chriſtiernum regem patruelem tuum, ꝙ litteris, ut tu rere, minime inſtructus ſit. Secus eſt Friderice patrue. Nos eas, quæ te concernunt, quas ſigillo muniſti è media, quod aiunt, Troia eripuimus. Cumq; iam terra & mari nos obſedere paratus eſſes, illarũ aſſumendarum curam non pretermiſimus. Idipſum quanto uoluiſſes redimiſſe Friderice? Nunc litteras audi.

Quomodo ducis conſiliarij illũ in tranſuerſum egerunt, ut plane immemor eſſet omniũ dictorum & per ſe confirmatorũ & ſigillo ſuo munitorum uelut & in alijs quibuſdam quæ precedunt & ſequuntur.

Maior debuit eſſe apud Holſatiæ ducem fratris reuerẽtia ꝙ ut illũ ſic indigne iam mortuum traduceret, quem olim immunẽ ab omni calũpnia reddidit.

Nihil melius futurũ cauſæ ipſius ducis ꝙ regem Chriſtiernum, regnis & litteris ſpoliarit, Siquidem litteras à duce ſigillatas rex aſſumpſit, dũ ex regno profugeret.

DYPLOMA ILLVSTRISSIMI FRIDERICI HOLSATIAE DVCIS, QVO TESTATVR APERTE, legitime ſecum actum eſſe, ab Illuſtriſsimo rege Ioanne D. Chriſtierni regis patre, in eo quod pretendere potuit de hoc quod minoribus natu regum filijs debetur, cuius tamen contrarium in euulgata epiſtola AIT.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

NOS FRIDERICVS DEI GRATIA, HERES Noruegiæ, DVX Sleſuici, Holſatiæ, Stormariæ, Dythmerſiæ, COMES in Oldenborg & Delmenhorſt. Notum facimus & aperte fatemur, pro nobis & heredibus, & ſucceſſoribus noſtris, & quibuſcunq; alijs, quod nos ab Illuſtriſſimo & potentiſſimo principe Domino Ioanne, Daniæ, Suetiæ, Noruegiæ, Vandalorum, Gothorumq; rege, Duce Sleſuici, Holſatiæ etc. noſtro gratioſo domino & dilecto fratre ex parte hereditatis, quecunq; nobis poſt obitum piæ memoriæ Domini & patris & matris noſtræ, in regno Daniæ prouenit nongentos ſeptuaginta ſupra uiginti octo millia aureorum Renenſium mediam partem in legitima moneta, qualis Lubecæ & Hamburgi exponitur, & alteram mediam partem in bona moneta Danica, quemadmodum nos cum dilecto Domino fratre noſtro conueneramus ad duos terminos plene & legitime leuauimus, & ex uoluntate noſtra recepimus, ſic ut nos eiuſdem dilectioni, ex parte eiuſdem ſolutionis, gratias habemus. Quare dimittimus & quitamus prenominatum noſtrũ gratioſum dominum & dilectiſſimum fratrem, & ſuæ regiæ Maieſtatis heredes & ſucceſſores, ex parte prenominatæ ſummæ 28970. aureorum Rhenenſium, & de omni requiſitione, & iuris dictione, quam habuimus uel habere præſumeremus erga prenominatum noſtrũ dominum fratrem, & ſuæ Maieſtatis heredes, & ſucceſſores, ex parte prenominati regni Daniæ, pro quacũq; impetitione in futurum, quocunq; modo contingere poſſet, irreuocabiliter in perpetuum abſq; dolo malo. Ad cuius teſtimonium & robur, Nos FRIDERICVS prenominatus pro nobis heredibus, & ſucceſſoribus noſtrum ſigillum ſcienter appendi fecimus. Datum in arce noſtra Gothorp ANNO DOMINI noſtri M. D. Die Purificationis MARIE.

Sũma pecuniaria ꝑpter id quod minoribus natu regũ Daniæ filijs ſolet dari Illuſtriſſimo duci Holſatiæ perſoluta ab Illuſtriſſimo rege Ioanne, ut patet ex precedente inſtrumento.

Quid aduerſum hoc teſtimonium reſpondes patrue? Libere hic fateris perſoluta eſſe tibi uiginti octo aureorũ Rhenenſium milia ſupra noningentos ſeptuaginta. Deinde Illuſtriſſimo domino patri noſtro fratri autem tuo, & heredibus omnem impetitionem & requiſitionem, ſuper omni eo quod ex iuriſdictione, quæ tibi eſſet uel preſumeretur eſſe in Daniæ regno remittis, idq; irreuocabiliter atq; adeo in perpetuum. Et adhuc tamen nihil impetraſſe te ais. Quo tu in nos impetu inueherêris, ſi tale tibi argumentũ oblatũ fuiſſet? protinus hoſtem periurum omnis iuris inuerſorem proclamares. Negligentiam noſtrã

deteſtareris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

deteſtareris, imo tyrannidi aſcriberes & iuſtum iuditium dei proclamares, quod nos omnibus ſenſibus ſpoliaſſet ita ut uidentes non uideremus & emiſſum ſigillatumq; dyploma ut tu loqueris, ſcienter non meminiſſemus penes te eſſe. quã hic inſultarẽt patroni tui Lubicenſes (niſi forte clientem mauis appellari) ſi tale quid oſtentare poſſent, quale nos in te iam euicimus, Quantam iſthic tragœdiam concitarent, quot cantiones effingerent? Quoties idipſum publico decreto euulgaretur? Confeſtim id noſceret Hyſpania, Protinus innoteſceret Italiæ, Chriſtiernum regem literis à ſe ſigillatis citra uim, citra omnem neceſſitatem contraueniſſe: reuocaſſeq; indubium rem, quam prius tam ſolemniter admiſiſſet. Iſtud hoc non facimus patrue, tantum nos miſeret tui quod prius diximus, qui in id infamiæ incidiſti, ut alterum malorum ſubterfugere non queas. Aut enim te imprudentiæ, nequid grauius dicamus arguent principes. aut tam excœcatum eſſe ut hæc minime uideas, admirabuntur. Porro duo quidem indicabat dyploma, ſed quorum alterũ alterius interpretatio eſt, deſyderebas idipſum quod natu minoribus regum filijs in Dania concedi debet: atq; hoc conſequutum eſſe fateris te. Requirere prius aliquid poteras: & ius aliquod adeſſe tibi dicere, & modo quicquid id eſt Illuſtriſſimo domino patri noſtro, illiuſq; heredibus remiſiſti. Quid expoſtulas igitur? Amicos eam in rem ad tam fraternas petitiones ſollicaſti & contemptui habitæ ſunt. qualia ſunt hec patrue? Contemptui habitæ ſunt preces tuæ, quæ ex animi tui ſententia admiſſæ fuere? Spreuit petitionem tuam Illuſtriſſimus pater, quem egregie omnia egiſſe teſtaris, quem liberas, quem ab omni impetitione, ab omni requiſitione iuris immunem reddis? Quæ eſt hic concordia, quod hic prudentiæ ſignum? Annuiſti ne tu? Conſenſiſti ne? legitime ne tecum actum eſſe teſtatus es? Cur ergo fratrem inſimulas? Cur patruelem tot regnis citra rationem, citra omne meritum exuis? Cur hanc camarinam moues, quæ in nullum magis q̃ te uirus omne ſit euomitura? Quid ſacratiſſimus Cæſar, quid Illuſtriſſimus Angliæ rex ubi hec tam diſſona audierint, quid alij omnes reges & principes dicturi ſunt? Videre iam pridem que euulgaueras, uidere & modeſtiam noſtram qua nunq̃ te hoſtem uocaueramus. Videre deniq; ſimplicitatem tuam, qua effectum eſt ut apertum hoſtem, Illeſum hoſtem & neſcimus quibus alijs nominibus regem Chriſtiernum patruelem tuum traduxeris. Nunc quo id iure effeceris exponetur. Patebunt omnia: pre

ſta ſunt

Si tale quid cõmiſiſſet Illuſtriſſimus Dominus Chriſtiernus rex quantum inſultaretur ab Illuſtriſſimo Holſatiæ duce & Lubicenſibus.

Toti orbi proderetur confeſtim illud factum ſi Chriſtiernus rex cõtraueniſſet litteris libere in quibus non contrauenire poſſet.

Petitiones ſuas dux ait ſpretas eſſe cum non ſolum admiſſas eſſe, ſed ex animi ſui ſententia etiã omnia facta eſſe ex litteris eiuſdem euinci confeſtim poſſit

Modeſtia Chriſtierni regis iam aperta erit cũ uiſuri ſunt reges et principes quo genere ſecum egerint hoſtes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ſto ſunt quæ te conuincunt, preſto ſunt quæ ſcortatoribus tuis medium unguem oſtendere poßint. Hæc ratio rerum & obiectionum tuarum eſt. Nunc ad alteram partem ueniamus.

De Centũ florenorũ milibus, quæ ſibi debita fuiſſe ab Illuſtriſſimo rege Ioanne dux aſſerit.

Diuerſitas ducis in allegando eo debito, cum modo in Ioannẽ regem centum milia modo in Chriſtiernũ referat.

QVI fieri autem poteſt ut tu centum florenorũ millia tibi debita fuiſſe aſſeras, quæ nunq̃ tibi Illuſtrißimus D. pater noſter perſoluiſſet? Vt enim hic ſubijciamus, quæ tu diuerſa inculcas hic, & in litteris quibus bellum nobis indixiſti cum in his expoſita pro nobis centum milia. In epiſtola autem tua hac centum milia, pro Illuſtrißimo domino patre noſtro numerata eſſe ex ditionibus tuis inſinues: qua ratione deberi tibi eam ſummam potes euincere? Si ex ditionibus tuis aſſumpta eſt, num tibi ſatisfactum eſt? Remiſiſti enim omnia & egregiam exhibitam rationem in eo dyplomate, quo tutelæ adminiſtratæ mentio fit tute teſtatus es. Quid hic iterum ingeminas? Nos aliud nil ſubiungere uolumus. Tantum id dicimus. Primo. nunq̃ nos in animum inducere poſſe eam ſummam ex hereditaria ditione tua pro Clarißimo domino patre noſtro fuiſſe perſolutam. Itaq; & id plane proteſtamur. Neq; enim tu huius rei unq̃ aut uiuente patre quod ſcimus, aut regnantibus nobis mentionem feciſti, donec ad id periculum nos redigeres, cuius & prius meminimus, & in ſequentibus uberiorem mentionem ſubijciemus. Quod ſi tibi ius fuiſſet in eam ſummam, cur nouem annis quibus in regno uiximus, nunq̃ à nobis eam efflagitaſti? Cur ne ſemel quidem illius memoriam introduxiſti? Adeo nunc tibi curæ eſt, tam ignotam rem ex inferis reuocare, & mortuo D. fratri tuo, eo ex argumento tam ingentem inuidiam concitare? Deinde ſi tibi ſumma ea debebatur, cur cauſam non explicas? Vbi expoſita eſt? quid nam ea ipſa tum agendum fuit? An bellum aliquod inceptum ſit, an conſcriptæ nouæ copiæ, àn indicta gentibus aliquot certamina, an conducta claſsis, àn procul è Germania euocati milites, àn nouum aliquod fœdus tranſactum in quod oportuit eam ſummam profundere? àn donatio facta, àn tranſmiſſa noua munera? Nihil horum omnium inculcas, nihil horum omnium inſinuas patrue. Tantum ex ditionibus tuis collectam ſummam cis. et mõ illi modo nobis impingis, utriſq; diſpari argumẽto. Neutra enĩ in parte cauſam ſubiungis. Quis porro crediturus eſt tibi, tam diuerſa tam contraria ſcribenti? An ne legere enim improbi illi homines qui te ſeduxere, mendacem oportere memorem eſſe? Ipſi uero cum bellum indicerent ſubſcriptis rationibus, idq; facerent non tam iubente te

Proteſtatur illuſtrißimus Chriſtiernus rex neſcire ſe unde ea ſũma centum miliũ ipſi dua debeatur ex quo dux nunq̃ illius mentionem fecit, quãdiu rex Chriſtiernus fuit in regnis ſuis.

Cauſa expoſitæ ſummæ explicanda eſt à duce, aut quomodo ſit ea pecunia à ditiõibus eiuſdem adempta.

In neutra parte cauſam debiti ſubiungit dux Holſatiæ.

q̃ admittente

q̃ admittente, cur non deſyderarunt harum rerum dictarum rationem aliquando reddendam eſſe? Vbi tu pro nobis eam ſummam expoſueris, neſcimus. Illuſtrißimum patrem ſubſidio tuorum eguiſſe, adhuc fidem nobis non feciſti. Scimus uero ingentia debita, ab Illuſtrißimo domino Chriſtierno auo noſtro, patre autem tuo relicta eſſe ob continua quæ illi bella interceſſerunt. Atqui equaliter illorum diuiſionem factam eſſe, nonne principio diuiſionis hereditariæ tutemet nouiſti? Intereà indica tempus, locũ, neceßitatem, quibus coactus fuerit Illuſtrißimus dominus pater noſter à tuis ſubſidium mutuari. Obligationẽ illius deprome, qua ea in ſumma tuis deuinctum ſe eſſe litteris ſigilloq; ſuo teſtetur. Alioqui quomodo in animum inducemus in alienam meſſem, illum unquã falcem immiſiſſe? & à tuis ſubſidium flagitaſſe, qui ſuorum opera ſupra ſolitum, nunq̃ tam grauiter uſus fuerat? Hoc profecto tibi agendum eſt, ſi fidem facere uelis eam ſummam pro illo erogatam fuiſſe. Neq; uero tu unq̃ nobis id intimaſti. Iam ſolum ubi te ita in diuerſum traxere nebulones illi, cur occaſionem quereres, ob quam amicitiæ noſtræ renunciaſſe uideri poſſes. hec commentus es, ut ſcz iure motum te aliquot homines exiſtimarent, qui ex profeſſo ueritati hoſtes eſſe ſolent. Tunc tu è medijs tenebris hec eduxiſti, futurum exiſtimans ut uel non reſponderemus, uel legentium aures prior occupares. Nos uero neq; querimus legentes demulcere, iuris tantum noſtri rationem habemus. Neque fidem petimus tibi derogari, niſi in his in quibus fidem adhiberi tibi non poſſe, hec noſtra reſponſio poſſit conuincere. Enimuero quod ad debitorum mentionem pertinet, in Serenißimo domino patre noſtro non opinamur rationem tibi eſſe, quur deberi tibi comminiſcare, In nobis uero quam tu occaſionem potes aſſerere? Et in Serenißimo domino patre quidem idipſum habere potes, quod te poßit euincere eam debitorum ſummam quam Illuſtrißimus auus noſter pater tuus reliquit cum tutelam tuam adminiſtraret, quod ad partem tuam ſpectabat perſoluiſſe, tradidiſſeq; tibi immunes grauaminibus principatus tuos, qui tot illos modis oppreſſos inuenerat. Ceterum quod ea ex ſumma, quæ interea collecta fuit, ſuam debitorum partem non perſoluerit, in litteris quibus de adminiſtrata legitime tutela egregiam à D. patre noſtro rationem tibi redditam eſſe fateris, illumq; ob omni calumnia liberas: aperte teſtaris. Tantum abeſt ut tale aliquid hic diutius inculcandũ ſit. Age uero deprome teſtimonia ſi contentus non es, deprome litteras

Rex Ioãnes ſubſidio ſubditorũ ducis non eguit, unde ergo ait à ſubditis ſuis eam expoſitã fuiſſe pecuniã?

Obligationẽ regis Ioannis qua ſeſe ad id obligat, depromat dux & tunc credetur eidem alias minime fides illi adhibebitur.

Quomodo inductus eſt dux ut hec cõmiſceretur per nebulones & infames proditores quoſdam.

Nullã occaſionẽ duci eſſe, ob quam poßit conqueri de D. Ioanne fratre ſuo, neq; item aliam qua de rege Chriſtierno patrueli.

Summa debitorum à D. Chriſtierno primo patre ducis Holſatiæ equaliter inter fratres diuiſa.

Depromat teſtimonia aut litteras quibus eam ſummã ſibi deberi oſtendat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ſi deberi tibi eam ſummam, adhuc non dubites ingerere. Id profecto hactenus non feciſti, unde neq; ad huc facere poſſe, apertum ipſe teſtimonium nobis ſubminiſtras. Quid ergo conſequutus eſſes aliquid? Debitum non erat, neq; tu queſiueras quid ergo conſequereris? Hereditaria Noruegiæ parte ut minime potiri poſſes, tute met negligentia tua effeciſti. Neq; tu requiſiuiſti uero partem eam, imo toties admonitus ut uel aduenires: aut qui partes tuas exequeretur tranſmitteres, parere noluiſti. In eo autem quod minoribus natu regum filijs debetur, litteris ſigilloq; tuo optime tibi ſatisfactum eſſe teſtaris: conuincentibus illis tuis ſcriptis, euulgatæ huius à te epiſtolæ falſitatem. Enimuero & idipſum non omnino diffiteris, ipſa ſtatim fronte epiſtolæ ubi fractarum à te litterarum crimen ſtudes amoliri. Amicorum uero quos in cauſam tuam ſollicitaueras, nullam apud Clariſſimum dominum patrem noſtrũ rationem habitam eſſe, nonne que predicta ſunt oſtendunt? Nonne à te profectæ littere euincunt illorum curam non exiguam Illuſtriſſimo domino patri noſtro fratriq; tuo fuiſſe? Ex his an recte facias clariſſime patrue, qui iure ſtare uoluiſſe te, ſed admiſſum non eſſe ꝙ Sereniſſimus D. pater noſter Daniæ rex unctus eſſet, unde neq; iudicem neq; ſuperiorem cognoſceret epiſtolæ inſeruiſti tutemet exiſtima. Quando uero requiſiuiſti ut cauſa iure determinaretur? Num litteræ tuæ aliud euincunt, quæ noſtris in manibus ſunt? Num aliud prius deduximus? & tu aliud eſſe q̃ diximus num potis es oſtendere? Quorſum uero pertinet inſeruiſſe, ꝙ Illuſtriſſimus pater noſter noluerit ſuperiorem aut iudicem cognoſcere. quamq̃ enim uterq; Daniæ reges uncti fuimus nunq̃ tamen iuri ſtare recuſauimus. Omnes Chriſtianos principes ſemper iudices admiſimus, & adhuc in hac cauſa tua tam conſanguinea omniũ arbitrio ſtare parati ſumus. Tu uero quorum principum iuditium ſequutus es, ubi comunem Germaniæ pacem per Illuſtriſſimum Sacratiſſimumq; Cæſarem ipſiuſq; regimen tibi ut obſeruares preceptã in tam ferox bellum permutaſti? Iudicem enim cur non admitteremus patrue? Num Holſatiæ, Stormariæq; ducatus iudicem habent? ſed obliti ſumus contra illum te hoſtibus ſubſidium preſtare, & ad Francos Gheldroſq; militem, uires, ſuppetitas ſubmittere. Ita tu minime iudicem cognoſcis, qui contra Cæſareum regimen bellum aſſumis, qui in Cæſarem impetum conuertis, qui rebellibus uires ſuggeris, qui deniq; cum alijs omnibus iudicibus, iudicem quoq; cõtempnis conſcientiam. Alioqui neq;

tu hec

ARGVMENTA AD IDEM.

Amicorum quos ſollicitaſſe ſeſe dux ait magnã rationẽ fuiſſe apud regem Ioannem precedentia ſat oſtendunt.

Nihil ad cauſam ꝙ D. Ioannes unctus Daniæ rex fuerit, quãdo ex hoc nil detractum eſt iuri.

DVX Holſatiæ nũquam uoluit iuditio ſtare.

Falſum eſſe ꝙ rex Ioannes noluerit ſuperiorẽ cognoſcere, Cum ratione ducatuũ ſemper cognouerit ſuperiorem.

Dux Holſatiæ tam bene ſuperiorẽ cognoſcit ut Cæſarẽ & Cæſareũ regimẽ plane ludibrio habeat idq; & uerbis et facto.

Dux Holſatiæ contra Cæſarẽ ſuperiorẽ ſuum francis ſubſidium tranſmittit, Euge bonum obſeruatorem ſuperioris ſui.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

tu hec inculcaſſes. Nunq̃ animo tuo ſedit iudicij fortunam experiri. Siquidem nunq̃ defuere iudices: Cæſar, principes, ipſum deniq; regni Daniæ conſilium. Quod cum tu nunq̃ ad cauſam tuam audiendam ſollicitaueris, quomodo uoluiſſe iuditio ſtare te perſuadebis? deduc ſi potes à regibus Danis qui uncti fuere, ſubminiſtratam aliquando non eſſe iuſtitiam? Aut compromiſſi non ſeruati labem ſi potes abſterge? Quando enim quæ à te firmata ſunt nõ obſeruas, putabit aliquis, quod per alterum determinari poſſit unq̃ te ratum firmumq; habiturum? Nihil hic preter uerum dici tute teſtis es. Indicat & epiſtola tua compromiſſi, q̃ tenax fueris, ſiue enim id ipſe feceris, ſiue ſcelerati illi impoſtores qui te ſeduxere, certe à te profectum eſſe malorum ſeriem preſentes calamitates oſtendunt.

VOCES autem quomodo perſuadebis à Sereniſsimo D. patre noſtro fratre autem tuo auditas eſſe? Aut quale poteſt hoc argumentũ eſſe quo tu libere talia dicta eſſe potes comminiſci? Neq; enim uerisimile eſt eas emiſſas ab eo uoces eſſe, quem ſuis contentum neq; illi ipſi qui penes te fœdifragi, & periuri transfugæ, inficiari poſſunt. Adeo ne Chriſtianum ducis patrue in fratrem talia excogitare, nedum in totius orbis theatro exponere? Iſta eſt reuerentia tua erga fratrem qua tu illi tyrannidem impingis? reliqui omnes prudentem principem uocant. Solus Fridericus germanum fratrem eumq; iam mortuum quibus illum traducat criminibus nullum modum imponit. Illi illi predones qui te impulere Friderice patrue ut hec emitteres, optimum regem uocant, eo qui aduerſum nos Danorum nomine prodijt libello, & tu ſolus tot illum uicijs obnoxium reddis. Quid uero non hec uiuente eo efficiſti? An tum deerat Cæſar? àn tum principes? àn regni Daniæ conſilium? Cur tum non quiritaſti? Conqueſtum te ais, in iudicium prodijſſe inficiaris. An ne uero audiuiſti unq̃ cum mortuis nil niſi laruas pugnare? Tu nunc mortuo fratri inuidiam conci tas, cuius memoria apud te melior eſſe debuit. Quod ſi cum mortuo conflictari ſemper tibi in animo fuit, cur in annum uſq; nonum ab illius morte querimoniam diſtuliſti? Alteram ſe partem adempturum tibi dicebat ſi perſeuerares, ut ais, & Cæſarem non fuiſſe id in negocium euocandum exiſtimas? Cæſarei ducatus illi fuere, è quibus ſe expulſurum fuiſſe te interminandum eſſe dicebas, niſi deſiſteres. Id uero ſi efficiſſet num ad Cæſarem peruentura erat iniuria? Num is paſſus fuiſſet abigi

Nũq̃ defuere iudices ſi iudicium requiſiuiſſet Holſatiæ dux.

Dux Holſatiæ nunq̃ ad Danicũ conſiliũ cauſam ſuam tranſtulit aut committere uoluit.

A nullo rege Danorũ male adminiſtratã iuſtitiã q̃q̃ uncti fuere

Dux Holſatiæ que ipſe met pollicetur et ſigillo munit non obſeruat, quõ ergo ea obſeruaret que ab alijs determinarentur.

Dux cõpromiſſum ſuum fregit.

Mendaciũ eſſe qđ ſubiungit auditas uoces eſſe quibus rex Ioannes illi minatus eſt ſe alteram partem adempturum.

Omnes Dani nunc hoſtes regẽ Ioannem optimũ regẽ uocant, ſolus Fridericus frater tot illi crimina impingit.

Dux Holſatiæ uiuẽte fratre nihil unq̃ tale quid fecit, immo nouem annis poſt illius mortẽ nihil niſi nũc ſolũ fratri ſuo obiecit

Non potuiſſe regem Ioannẽ

Ioannē etiā ſi uoluiſſet duā Friderico partem ſuam eripere eo ꝙ iudex erat Cœſar cur ergo quod non poterat dixiſſet?

Vocatur dux ut teſtes adducat qui ꝓbent Ioannem regem id dixiſſe.

D. patris ſui rationem habere cogitur rex Chriſtiernus.

Iuris proſequutionem nunq̃ flagitauit dux cur ergo uel à quo habere poſſet.

te citra omnem aut iniquiſſimam rationem. Caue uero id exiſtimes, & putes non hec conſideraſſe D. fratrem tuum aut probe cognouiſſe, neq; id ſibi liberum, ſi uellet, efficere? Adeo ne imprudens fuit? adeo ne inhumanus? adeo dicaculus ut quæ facto explere ſe non poſſe cognoſceret, id uerbis facturum ſe minaretur? tu uero chariſſime patrue an teſtes habes qui id illum dicentem audiuerunt? qui cum hec minaretur, interfuerunt? parce uero ſi durius paulatim tecum agamus. Nam ut tu multis in rebus inique fratrem traducis, ita nos equum eſt patris rationem q̃ tui habuiſſe maiorem. Hæc fuere, quæ tandem ſufferre coactus es, quæ donec é uiuis decederet Illuſtriſſimus pater D. Ioannes perpeſſus es. Indigna ſane, & eo magis indigna, quo tu patruelem tanto amore proſequutus es. Iuris executionem nunq̃ flagitaſti, quid mirum ergo ſi nunq̃ impetraris? literis tuis egregie tecum actum eſſe teſtatus es, & hic iterum hanc confictam tragediam ingeminas. Ingemina uero quantum libet, modo hanc toties nobis cramben repetere ſupremam neceſſitatem non imponas.

ILLVSTRISSIMVS HOLSATIAE DVX.

POST mortem tamen eiuſdem non pretermiſimus iuris noſtri proſequutionē, ſed eadem uia apud regem CHRISTIERNVM eius nominis ſecundum illius filium iiſdem requiſitionibus egimus, at eodem quo uiuente D. fratre noſtro, nobis modo reſponſum eſt. Neq; eo ſatiatus fuit quinimo multis duris inimicis, & patrueli non congruentibus machinatiōibus, erga nos nō perinde affectus eſſe uiſus eſt.

ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI DANIAE, SVETIAE, ETC. REGIS AD ſupradictum Illuſtriſſimi Holſatiæ ducis patrui ſui articulum reſponſio.

Hactenus in D. Ioannem regis Chriſtierni patrem actum eſt ſupereſt ut in filium eius conuertatur.

HACTENVS IN SERENISSIMVM DOMINUM Ioannem patrem noſtrum fratremq; tuum egiſti, chariſſime patrue, nunc in nos omnem impetum contorques, quanto magis elaborandum nobis eſt, ne fœlicius tibi ſuccedere poſſint, quæ in nos criminatus es, q̃ q̃ immerito in D. patrem noſtrū impegiſti. Porro id

ipſum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ipſum uoluiſti artifitio efficere, ut è patris commiſſo non exiguam filio
conflares inuidiam, & facilius illum proſterneres, quem ex paterna
impietate multum hauſiſſe fidem facere poſſes, ſed te fortuna non ſpes
deſtituit, quando neq; nobis perſuadere poſſumus, id te ita fecíſſe quod
ita eſſe exiſtimares, ſed uoluiſti quod pridem diximus hoc quaſi efficto
tragœdiæ prohemio lectorem ineſcare, ut is demum nobis iniquior eſ=
ſet qui à te in partes traductus fuiſſet: quacunq; ſane id occaſione fece
ris mutuum pro uirili reddere conabimur, ſiue quod ita eſſe credideris,
omnes ex te uno dimenſus qui id ipſum non dixiſti modo ſed re effe=
ciſti ut uerum diceres, reddimus oſtenſæ ueritatis iam ſeipſam proden=
tis premium, ſiue quod ſtudio nos omnium hominum uoluiſti maledicen
tiam contrahere. modeſtiam noſtram obijcimus, quod te apud omneis mor
tales egregium principem tantiſper uocauimus, donec eo nomine magis
commendari epiſtola tua paſſa non eſt, quorſum uero hec pertinent
mortuo Illuſtriſſimo domino patre noſtro idem à nobis tibi reſponſum
datum eſſe? aut quid ad diſceptationem pertinet quo te uultu ſumus
intuiti? Potes autem aliud unquam à nobis in te relatum eſſe, quam quod ex
naturæ inſtinctu patruelis debet in patruum? Conſcij durioris reſponſi
non ſumus. Quis tibi hoc coryceus ingeſſit? Tempus habes quo hanc
rem factam teſtificere? Locum habes quo durius aduerſum te reſpon=
ſum emiſimus? Teſtes preſto ſunt, qui tale quid dicentes nos audiuere?
aut literas habes quibus tale quid interminati tibi ſumus? Habes uero,
Produc, iuditio ſiſte ut examinari poſſint. Non recuſamus, non refu=
gimus tam ſcelerati, tam impij, tam male patrueles iuditium. Id ſem=
per flagitauimus: tute illius nullam unquam copiam nobis feciſti. Quæ ſu=
mus te: cauſam habes? durum quid interminati tibi ſumus? Adeſto
adfer in medium quidquid aduerſum nos habes literarum. Nam quod tu
hac epiſtola non exprimis, neq; à nobis factum eſſe conſcij ſumus, quo
modo poſſumus refellere? duri fuimus, impatrueles fuimus? inhumani
erga te fuimus? Penitet ſane & apprime penitet, ſi ita id eſſe poſſis
euincere. Duros fuiſſe oſtende, impatrueles fuiſſe demonſtra, inhuma=
nos fuiſſe erga te conuince, quid moraris? Tu uero chariſſime patrue
quando nobis mortem intentaſti, humanus fuiſti? quando periuros illos
proditores id tibi conſilium ſuggerere paſſus es, patrui officium execu
tus es? quando ſacramentum nobis preſtitum antiquaſti, fidi ne princi=
pis munus executus es? quando ſpecioſis nos uerbis ſeduxiſti, nihil iam

Cur fratrem ſuum uo
luit dux Holſatiæ
principio deferre.

Voluit dux Hol=
ſatiæ lectorem ineſca
re ficto illo de crimi=
nibus Ioannis prohe=
mio.

Dux Holſatiæ ex
ſe omnes dimēſus eſt
putatq; alios ſui ſi=
miles.

Rex tantiſper opti
mū principem ducem
uocauit donec magis
citra mendacium uoca
re non poteſt.

De reſponſo duriore
dato dicit rex conſcius
non eſt dux id proba
re debet datum eſſe.

Si quid aduerſum
regem habet dux Hol
ſatiæ ſi literas habet
quibus poſſit oſtende
re regem aliquid cō=
tra ſe minatum eſſe
producat.

Dux Holſatiæ quan=
do intentauit mortē
regi Chriſtierno quam hu
manus fuit.

Dux Holſatiæ iura
mentū quod regi pre
ſtitit fregit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Idem cum pollicitus eſſet ad pacem compo nendã uenturũ bellũ immemor dictorũ in dixit.

Quando talia unquã ſciat duci rex quod re gi dux intentauit.

Tot indignis modis laceſſitus rex nunq̃ de patruo male dixit, dux autem cũ tot in= digna in regem ſeciſ= ſet ad huc nomen illi omne adimit.

Rex nũq̃ in patruũ male machinatus eſt ſi negat dux, conſilia rij regis apud ducẽ ſunt infames prodito res, ab illis querat dux non timet rex il= lorum quãq̃ hoſtium iudicium ſubire.

Rex Chriſtiernus nunq̃ refragatus peti tionibus ducis eſt ſed ſemper quecunq; uo luit fecit.

Proditores regis cõ ſiliarij aliquot apud ducem ſunt ab illis po teſt facile ſciſcitari ſi tale quid regem unq̃ tentaſſe cognoſcant.

aliud quam coniurationem eructans, integritati, quam in te eſſe uide
ri uolebas, num uim intuliſti? Quando armatus ipſe in patruelem pro
greſſus es, ex auitis illum ditionibus expuliſti, ſanguinis tu rationem ha
buiſti? Quando fugientem in omnium hominum odium conaris inducere
amici partibus functus es? Nos quando hec tibi intentauimus? Quando
à te fugientes proditores noſtram in tutelam ſuſcepimus? quando ut à
te deciſcerent conſiliarij tui, procurauimus? quando aduerſum te mili=
tem comparauimus? copias eduximus, uim intentauimus? quando te
in exilium compulimus, quando in abſentem calamũ ſtrinximus, quã
do apud homines te detulimus? Cum nos tot ditionibus ſpoliaſſes, lau
dauimus principem, factum non laudauimus, tu neq; nos neq; factum
aliquod noſtrum unq̃ cõmmendaſti, nos te ſine honoris præfatiõe nun
q̃ nominauimus, tu præfationis loco hoſtem apertum Chriſtiernum uo=
cas, atq; hic ſi dicere non uereris conatum tale quid aliquando Chri=
ſtiernum eſſe, ſed ut perficeret defuiſſe fortunam, quid magis à ueri=
tate poßis alienum dicere? Literas intercepiſti quibus in te molitos ali=
quando tale quiddam poſſis fidem facere? Conſiliarij omnes noſtri a=
pud te ſunt, maximam illorum partem in manibus habes, ſponte quoſ=
dam nonnullos fortuna ab his ſciſſitare, ſi tale aliquid unq̃ machinati
ſumus, & citra tamen illorum conſenſum fieri non potuit, ut tibi bellũ
inferremus. Quod uero ante iſtam coniurationem tuam commiſſum,
aduerſus nos tuum fuit ut tibi bellum uellemus inferre? Nihil peccaue=
ras, nihil bello dignum feceras, cur ergo bellum aduerſum te fuiſſemus
moliti? Niſi forte quia ipſe citra rationem nos tot regnis exuiſti, ex tuo
illo inſigni facto, aliorum uoluntatem dimetiare, aut cur erga te non
perinde affecti uiſi eſſemus? An forte quod eadem quæ à patre quæſi
ueras & non impetraueras, neq; à nobis cum frequenter inſtares tu=
liſti? Atqui ſi nunq̃ ſuper his quæ prius ſcripſiſti, mentionem ingeſſe=
ris totis nouem annis quibus in regno fuimus, quid potes iniuriam il=
latã tibi eſſe conqueri? Produc uero litteras noſtras ſi potes, quibus re
fragatum petitionibus tuis regem Chriſtiernum eſſe oſtendas. Produc
tpa, locum, teſtes coram quibus id tibi quod petieras negatũ eſt, in ma=
nibus proditores illos habes, qui nobis à conſilijs fuere, tu ab illis ſciſ
citare àn tale aliquid quale nunc inculcas unq̃ nobis propoſitum fuit,
Non fuimus duri, inhumani, impatrueles, ut tu loqueris, patrue, etatẽ
tuam magis uenerati ſumus, cani tui in maiore apud nos honore fuere.

Cum nos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Cum nos exegiſſes cauſa erat cur emiſſis libellis accuſationem aduerſum te in totius orbis conſpectu intentaremus & peperamus tamē ſenio tuo ꝙ coactum ad res nouas, non ultro progeſſum exiſtimaremus. Poteramus apud omneis mortales hec paßim obijcere Fridericus Holſata fidē fregit, quam nemo unq̄ generoſus princeps, Fridericus ſacramentum quod nobis preſtitit abominatus eſt. Fridericus ebrioſorum & ſcortatorum agmine circumſeptus generis ſui obliuiſcitur, Fridericus tam ſenex princeps, tam prudens habitus, tam integer creditus fœdo auaritiæ crimine in aliena impetum conuertit, Fridericus in mulieres bellum gerit ablata illis que nunquam commiſere, quæ propter nuptias obuenit donatione, Fridericus Iudam proditorem emulatus eſt qui cum Chriſtierno regi, preſens promiſiſſet ad futurum in componenda fœdera, bellum confeſtim abiens indixit, Fridericus omnem populum à legitimo principe auertit, & inaudita dominandi libidine delyrus ſenex regis ſibi preter omnem pontificis preter omnem Cæſaris conſenſum, nuncupationem aſſumit. Hic iſte eſt qui in fratrem non ueretur quicquid poteſt iniuriarum comminiſci. Hic iſte eſt egregius bellator qui cum mortuis confligtari turpe ſibi non ducit ſed decorum arbitratur. Hic unus eſt qui publicam germaniæ pacem indictam primus perturbare non eſt ueritus. Hic ille eſt qui nūq̄ de ſe male merito patrueli palam mortem intentauit, Hic eſt qui feneratoribus & lenonibus primus nobilitatem proſtituit. Hic eſt Chriſtianus ille qui deum fœderum iudicem, tam egregie ludificatus eſt, qui palam aperteq; indigna in patruelem comminiſcitur, qui Cæſarem & omnes principes abominatus eſt. Hic eſt illud proditorum aſylum quod ſceleratiſſimis quibuſq; nebulonibus etiam premium proponit, non defuiſſent exempla quibus in te omnes homines exacerbaſſemus, illaq; omnis generis dum feris crudeliorem te, quæ generi parcunt, potuiſſemus euincere, quibus ſanctum pre te fuiſſe Hieroboam oſtenderemus. Ita natura receptum eſſe ut fratrem frater non poßit non diligere, unum eſſe te qui à nobilißimo genere tuo deſciuiſti, qui cum tam indigne fratrem traducis plane oſtendere te quā tum à clarißimis parentibus inueteratus ſurculus deſciſceres. Apud reliquos omnes proditoribus ſupplicium irrogatum fuiſſe te unum qui illis premiun primus proponeres & huberioribus ad te muneribus pellíceres, in hoſtem pyrrhum noluiſſe olim populum rhomanum medici operam emercari, ſed illum ad principem ultro tranſmiſiſſe. Te unum

Rex poterat illis criminibus que hic ſubiungūtur ducem per totum orbem diffamare ſed noluit, & tamen dux ipſe regi nō peperat.

Iſta ſunt facta ducis admodū inſignia quibus egregie commendari poſſet ſi rex uellet, & hec omnia ob anno domini. M. D. xxij. facta ſunt ab eodē ſed non uoluit rex ut hec omnes cognoſcerent & patruo ſuo donec coactus eſt nomen ſuum defendere et patrui ſeuiciem in illum conuertere.

Egregia facta ducis Holſatiæ Friderici etc.

O egregiū patruum qui hec aduerſus patruelem facis.

 in patruelis

in patruelis caput omnes incitaſſe in eum qui te patris loco habuerat, familiares armaſſe inaudita dementia. Valere apud nobiles animos, ſupplicis etiam hoſtis petitionem, apud te regis Chriſtierni patruelis

Rex ſupplex ad patruum uenit orans ne bellū cū ſanguine ſuo ſuſciperet, dux polliatus eſt ſe non facturum bellum & fregit iuramentū. Hec acta ſunt in Borſolmo anno domi M.D.xxii.

tui tam humiles preces uiluiſſe, oraſſe illum à bello dignareris abſtinere, obtuliſſe totam Cymbriam, Cherſonneſum donec iure cauſa determinaretur, ad te ſupplicem ueniſſe & infamiter illic polliatum eſſe quæ perpetuo dedecore tuo non obſeruaſſes. Prodidiſſe te illum, cum quo perpetuo fœderum nexu coniunctus eſſes adeo neq; preces neq; ius neq; generis reſpectus neq; ueterem amicitiam, neq; fratris merita, neq; Chriſtianam pietatem, ullum apud te locum inueniſſe. Egiſſe ex torrē te ſacratiſſimi Cæſaris ſororem, & in domini tui ſanguinē uiolentas manus & ſanguinarias illas preparaſſe, quid commeruiſſent paruuli liberi? quid inſons etas? quid tantorum principum genus, & tamen in illos ſceleratum illum impetum meditatum eſſe te, Barbariſſimos hoſtes illi etati parcere, cui non peperciſſet Fœdericus, adeo hu=

Egregium factum ducis in mulieres & liberos inſontes bellum gerere.

manum illum eſſe, adeo nobilem, adeo generoſum principem, ut cum mulieribus bellum gereret, cum infantibus inimicitias exerceret. Quid tanta ira dignum ſacratiſsimi Cæſaris ſoror effecerat, ut tu in eam iure belli ſtatuere pius bellator depoſceres? quid tot malis dignum commi=ſerat ut tu mariti interfectori ſceleſtiſſimis nuptijs nobiliſsimam princi=pem alligare conareris? Citra ſacratiſſimi Cæſaris conſenſum, citra

Dux Holſatiæ emulatus uolūtate hic ſero baal baaſa, zābri reliquoſq; quibus curæ fuit regiam ſtirpem interimere.

tot maximorum principū authoritatem, in eam ius uſurpare uoluiſſes? Inſontibus autem liberis cur mortem intentare uoluiſſes, niſi unica regnandi libidine ut ſcilicet regiæ ſtirpis perditione heredibus tuis regnum ſtrueres. Emulatum itaq; Baaſa, Zambri, Iehu, Hierobaal ſed eo longe ab illis deuiaſſe quod iubente tres illi id domino effecerant in occiſorum prophetarum ultionem. Ipſe uero in ſolam libidinem id efficeres. Hec & alia multa in te potuiſſemus promulgare, niſi maiorem tui rationem

Ingentia mala que de ſereniſsimo rege dicta ſunt que homines credunt uera eſſe ſed an ita ſit nouit deus, qui omnes iudicaturus eſt & tamē ſiluit ſemper rex Chriſtiernus neq; ad tot maledicta

habuiſſemus, q̃ tu hactenus Chriſtierni habuiſti. Siluimus nihil emiſimus, nihil moliebamur, contenti eramus apud omnes principes tyranni ſcelerati peſſimi nomine deferri. Audireq; id palam merito expulſos nos eſſe qui tam indigne cum Illuſtriſsimo patruo egiſſemus, & audi=uimus hec indurati aduerſum opprobria & ad omnem iniuriam ſuſtinendam parati. Deniq; Chriſtianius duximus citra meritū uituperia perpeti q̃ ex male & indigne factis honorem emercari. Cum tali hoſte negocium tibi fuit, nihil adhuc prodijt noſtro nomine è quo ſe leſum

unq̃

eſſe quiſpiam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

eſſe quiſpiam teſtari poßit. Tu fratrem tuum & patruelem quantum in te fuit peremiſti. Aderat argumentum, aderat cauſa, tempus aderat aderat oportunitas, amici flagitabant ut noſtri nominis rationem haberemus, & parere hactenus indecorum nobis exiſtimauimus. Ipſe interea perpende qualia inditia non perinde erga te affecti patruelis prebuerimus, cum nos tam grauiter nunc leſeris, tot regnis exueris, uxori, liberis dira interminatus fueris, uitæ noſtræ inſidiatus ſis, nos uero nullum unq̃ ſignum non perinde erga te affecti prebuerimus, quis exiſtimabit eo quo tu putas tempore cum nihil adhuc aduerſum nos machinatus eſſes, nihil patruo indignum commiſiſſes, duris & inhumanis & patrueli non deſeruientibus machinatiõibus aduerſum te uſos eſſe? Nunc meritus eras cur erga te non perinde afficeremur interemiſſe uolebas, ſacramentum exueras, proditores noſtros ad te premijs inuitabas, alios ut tales eſſent in caput noſtrum emercabaris, & cum tali hominum genere ex natura bonis hominibus ſimultas eſſe ſolet. Neq́; tamen alio unq̃ te nomine q̃ Charißimum patruum & tanq̃ patrem nominauimus. Teſtis eſt ſacratißimus Cæſar, teſtis inuictißimus Angliæ rex, teſtis conſcientia noſtra ꝙ nihil de te detulimus, Culpam autem & factum ſemper abs te moliti ſumus. Ipſe uero, quæ nos geßiſſe plane nunquam nouiſti, in nos contorques, & tam bene meritum de te patruelem tuum, tot indignis modis orbi execrabilem reddis. Hic nos tuam conſcientiam appellamus. Mouere ne te ultima illa uerba cum iam Borſolmi eſſemus, & dextris datis tu pacem pollicerere? An ne hæc ſaxeo cordi dicta adheſere? Cum te in nos hominum quorundã inſtinctu uideremus exacerbatum, conueniſſentq́; in Borſolmum non exigui principes num tibi ita loquutus rex Chriſtiernus eſt? Chariſſime patrue cum deceat omnes homines generis ſui rationem habere, iniquum eſt inter nos diſſenſionem oboriri, aut minimum etiam animorũ diuortium. Noſq; longe preferimus in magnam etiam calamitatem incidere, q̃ cum patruo digladiari. Proinde à te requirimus generis nomine, ut ſi quæ tibi nobiſcum controuerſia eſt, tu illam iure paciaris exſandi. Accepta eſt à te conditio, dies indictus, locus conuentioni deſignatus. Tu eo uenturum te regi Chriſtierno data dextra pollicebaris, Literis tuis obſignatis in eum te deuinxiſti, & humanioribus uerbis ſopitam tu flammam ſalamandra fouebas. Neq́; uero fieri potuit, ut induceremur eas res moliturũ te, quibus iam tam fœliciter perfunctus es,

Neq́; ex=

unq̃ reſpõdere uoluit, comparetur, nunc utriuſq; modeſtia & omnes iudicent.

Probatio ꝙ non fuerit grauius affectus erge ducem Holſatiæ rex Chriſtiernus qđ tamẽ occaſione bellandi accepta non ueretur Holſatiæ dux dicere.

Rex Chriſtiernus ſemper optime de duce patruo ſuo etiã poſtq̃ ab illo regnis omnibus exutus eſt ſcripſit & dixit.

Verba regis Chriſtierni ad patruũ ſuum Borsholmi anno domini. M.D.xxij. circa diem Laurentij uere pia quæ efferatũ ducis animũ permouere potuiſſent niſi lapideus fuiſſet. Hec autem audiuerunt quattuor principes qui aderãt eo in loco.

Promißio ducis quã tamen nõ obſeruauit.

Nunq̃ exiſtimaſſe regem Chriſtiernum ꝙ Fri=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ꝙ Fridericus patruus id facere uellet qđ effecit.

Neq; existimauimus enim in ſenilem auum eam regnandi libidinem cadere, neq; patruum unq̃ tam nefanda patrueli intentare poſſe. Simplex nobis controuerſia oboriebatur, quam tu pro integritate tua à nobis iure credebaris determinaturus. Quo tu facto potuiſſes hanc generi labem abſtergere, & uiolenti inuaſoris nomen, in meliorem ſane nuncupationem egregie conuertere.

Fridericus Holſatiæ dux ſupplicē Chriſtiernū patruelē contempſit cū tamen & feræ ſoleant ſupplicibus parcere ut multis exemplis probatur & oſtenditur.

Tu interea cum hæc legis patruenum facti ſubit penitentia? Num dedecoris pudet quo effectum, ut ſupplicem tu patruelem aſpernareris? Si non te permouiſſet ſanguinis coniunctio, ſi nihil exiſtimaſſes iiſdem ex progenitoribus ortum eſſe, ſi tibi uiluiſſet patruelis nomen, ſi fratris memoria tibi tam inuiſa fuiſſet, àn ne ſi aliquid in te auiti ſanguinis fuiſſet, ſupplicem tam infamiter potuiſſes reiicere? & reiecisti ſane magno tuo cum dedecore uerbo abſit inuidia, ſed hic non quid feceris, ſed quid efficere debuiſſes, in controuerſia eſt & magnum ſane aduerſum te prebituri ſunt teſtimoniū barbari, apud quos neq; Hector, ut in fabulis eſt, ſupplicem Paridem cum iam mortem intentaret, ledere uoluit ſed amplexatus eſt, & Adraſtus ſupplicem Tidea cum intueretur, qui illi ſacrificium diſturbauerat filia etiam ultro ſponteq; donauit.

Barbaros ſupplicibus parcere exemplo eſſe apud Homerum Hectorem in Paridē exacerbatū ſupplici tamē peperciſſe.

Quid quod & leones traditum eſt humiliantibus non nocere. Quanto tu magis inhumanus fuiſti patrue, qui preterq̃ ꝙ me ad uos quaſi ſupplices uenientes intuereris & litteris obſignatis ſtaturum te compromiſſo pollicitus ſis? indictum conuentioni diem bello preueneris, in quo tot nefanda à te nobis intentata ſunt? Si te neq; Barbarorum hominum neq; belluarum exempla permouiſſent, at ſaltem in mentem uenire debuit quomodo etate noſtra ferè: certe tua cum puer eſſes Ludouicū undecimum capitalem hoſtem ad ſe uenientem Karolus Burgundio excepit, tot ab illo pridem indignis modis laceſſitus. Non modo non cepit eum cum illi liberum eſſet hoſtem in poteſtatem redigere, ſed icto firmiſſimo cum illo fœdere teſtatus eſt quantum in nobilibus animis generoſitas ualet, q̃q; ſit omnibus hominibus merito commendabilis.

Leones ſupplicibus parcere qđ non fecit Holſatiæ dux in rege Chriſtierno.

Memorandū exemplum Karoli ducis Burgundiæ in Ludouicū regem Francorū hoſtem ſuum quē cū ſupplicē uideret aſſumpſit in fœdus.

Nos tibi hoſtes non eramus, promittebas omnia: litteras tuas eam in rem dabas, diem, locum indicebas, cōuentioni te adfuturum data dextra pollicebaris, ut deum & homines falleres. q̃ uero hæc obſeruata à te ſunt, quid opus eſt in medium producere? Nolumus hanc tibi maculam inurere, ut dicamus fœdifragum eſſe, periurum eſſe, impoſtorem eſſe, & tamen, ut merito dicere poſſimus niſi pudor obſtaret, effeciſti. An tu iſtas putas impatrueles machi-

Regis Chriſtierni erga patruū modeſtia

nationes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

nationes fuiſſe ꝗ ſupplices ad te uenerimus? ꝗ potius magnam calamitatem ſubituros nos, q̃ tecum diſſenſuros aſſeruerimus? audientibus id magnis principibus, & tua idipſum teſtante conſcientia? Quid magis exoptare poteras patrue? Num ceßimus? Num ubi audiremus te bellum moliri, in exiliū procul ab auitis ditionibus profugimus? Num perfidiæ tuæ quod dicere abominamur, ſed ut dicamus indignitas cogit, locum dedimus? Iuraueras ad indictum diem uenturum te, Atqui cum infeſta in nos ſigna moueres, pacis ne indicia pre te tuliſti? Cum arces, oppida noſtra in poteſtatem tuam redigeres, ſanguinis tui rationem habuiſti? Cum mortem intentares patruis machinationibus uſus es. libet enim & in hoc tecum genere paulatim digladiari, quando machinationes nobis attribuis, quarū neq; unq̃ conſcij fuimus, neq; unq̃ indicia prodidimus. Nos tibi nihil intentauimus. Tu quid feceris totus orbis nouit. Sed noluimus omnem in te fabam conijcere. Veniamus autem ad ea quæ conſequuntur.

Rex Chriſtiernus ubi à patruo bellum incipi ſenſit uolens abijt in exilium ne cū ſanguine ſuo bellum gereret.

Iuramentum ducis Holſatiæ non obſeruatum.

Machinationes regi Chriſtierno à duce attribuuntur quarum nunq̃ conſcius fuit.

ILLVSTRISSIMVS HOLSATIAE DVX.

PRECIPVE uero tametſi nobis in fide regia pollicitus eſſet, ſe nihil apud Cæſaream maieſtatem, aut Cæſareum regimen, in noſtrum aut ipſius ducatus Holſatiæ preiudicium attentaturum, nihilominus horum omnium oblitus eſt neſcientibus nobis & noſtris ad Cæſaream maieſtatem profectus eſt: eandem miris, & à ueritate diuerſis & diſſencientibus ſermonibus, & perſuaſionibus perduxit, ut nos & heredes noſtri in perpetuum, ducatum Holſatiæ ab eo & heredibus illius in feudum aſſumeremus. Nobis uero & ſubditis incolis eiuſdem principatus, nullo modo dubium uidetur, ſi Cæſarea maieſtas de conditione illius ducatus ſecundū ueritatem informatū fuiſſet non potuiſſet citra uoluntatem & cognitionem principum & electorum id concedere. Sed magis ſub ſacro imperio & Germanica natione nos tutata eſſet & protexiſſet. Poſtq̃ uero à predicto patruele noſtro, ut re ipſa principatum ab ſe in feudum aſſumeremus, requiſiti fuimus, concilio epiſcoporum, prelatorum, equitum, oppidorum & communitatum contracto, inuenimus illos aperte grauatos & in id nullo modo conſentire uolentes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

SERENISSIMI DOMINI CHRISTIERNI DANIAE, SVETIAE, NORVEGIAE ETC. REGIS AD SVPRADICTVM ILLVSTRISSIMI HOLSATIAE DVCIS PATRVI SVI CHARISSIMI ARTICVLVM RESPONSIO.

Aperte nũc inuehitur in regem Chriſtiernũ Holſatiæ dux.

Nullũ preiudicium ducatui Holſatiæ illatũ à rege Chriſtierno ſed omnem potius honorem.

BENE *habet autem chariſsime patrue, ex quo nunc aperte in nos inueheris, oſtendiſq; quibus in rebus aduerſus patruelis officium fecerimus. Nam quod prius clanculum nobis inuidiam conflabas tanquam multa enormia aduerſum te commenti ſimus, nunc aperte oſtendis quæ nã ingentia illa fuere, nẽpe ꝗ polliciti eramus, nihil nos in præiudiciũ ducatus Holſatiæ acturos, adhuc nõ uidemus qua in re idipſum infregerimus, tametſi enim à ſacra Cæſarea maieſtate impetrauerimus, ut ducatus Holſatiæ à nobis in feudum ſuſciperetur. Quid iſtic eſt in ducatus illius præiuditium commiſſum? Scilicet uero hoc illius principatus præiudicium fuit, cum nos eam ipſam ditionem quæ noſtra fuit ſed tecum communis é ſacræ Cæſareæ maieſtatis, ad quam de iure pertinebat manibus eripimus? Cum enim quondam Lubicenſis epiſcopus à ſacratiſſimis Cæſaribus impetraſſet, ut Holſatiæ feudum ipſe à Cæſare, Comites autem & duces à ſe exciperent. Accidiſſet autem ut ſubſequentium epiſcoporum nemo Cæſari id preſtaret quod debebat, hoc eſt, in Cæſarem Holſatiæ feudum referret, neq; pater noſter D. Ioannes rex neq; tu unq̃ patriæ ueterem conſuetudinem obſeruaſſes, neq; Lubicenſi epiſcopo ſacramentum preſtitiſſes, uidebamus haud dubie fieri iure poſſe, ut & nobis & tibi Cæſar ducatum eum adimeret tanq̃ ſuæ maieſtatis contemptoribus eundemq; cui uellet impartiretur. Id cum ita perpenderemus itineri nos accinximus. Ad Cæſarem uenimus, deniq; tantum apud illum promouimus ut & nobis & tibi ducatus ille auitus integer remaneret. Expoſita ſunt ei omnia, neq; negabamus nos, neq; fucatis uerbis uſi ſumus, tantum rem, ut erat, expoſuimus. Petiuimus ut hoc ſororio tribueret ſineretq; ſuum Lubicenſibus epiſcopis priuilegium antiquari, qui ut antiquari merito poſſet negligentia ſua effecerant, ſed nos quoq; meriti eramus ut amitteremus niſi Cæſaris maior fuiſſet benignitas. Annuit petitioni ſanxitq; ut àb Holſatiæ duce principatus ille non à mitrato epiſcopo in feudum ſuſciperetur.*

Lubicenſis epiſcopus olim ducatum Holſatie in feudũ cõmunitibus dare ſolebat, rex aũt impetrauit à Cæſare ut à ſe in feudũ ſumeretur.

Lubicenſis epiſcopi negligẽtia de iure ducatus Holſatiæ ad Cæſarem pertinebat quẽ Cæſaris benefitio rex ſibi & duci conſequutus eſt, & hanc gratiã modo idẽ refert.

ſuſciperetur. Hic ſi quod preiudiciũ fuit, ipſi Holſatiæ animaduertant, & conſyderent ſane an ne honeſtius ſit à proprio principatum eum duce, q̃ ab extraneo epiſcopo deſumi. Nobis certe arbitrabamur magnam à te gratiam relatam iri, q̄ tam diligenter rebus tuis proſpexiſſemus, q̄ ducatũ, quem iure amiſeras, laboribus & induſtria noſtra tibi uindicaſſemus. q̄ heredibus tuis ditandis tantam curam impendiſſemus, & nunc hoc premium ſuſcepti laboris referimus. iure ducatum amiſeras, nos ut non re ipſa amitteres, effecimus, auferri à te iure poterat, nos ut non facto transferretur curauimus. Hoc ſi in preiudicium Holſatici ducatus fuit, quid poteſt eſſe per deum immortalem in illius utilitatem & commodum? Promiſeramus nihil acturos nos in Holſatici ducatus præiudicium. Quid hoc? nempe ſi præiudicium eſt, patriam è manibus hoſtium uindicaſſe, in nobiliorem longe conditionem tranſtuliſſe, in geminam & auitam ſobolem retuliſſe, ueris heredibus conceſſiſſe, & eam deniq;, quæ iure perdita erat, diligentia & labore eripuiſſe, ſit hoc nominandum præiudiciũ, modo intelligatur quod nam o patrue tu præiudicium uocas, ſed imprudentes ſumus, qui exiſtimamus tantum poſſe reſpondere nos quantum tu potis es obijcere. Liberũ eſt tibi his interdum nominibus tragœdiam hanc agere, & quecunq; tibi dictauerint ſcortatores illi, memoria donare & permanſuris chartis inſerere. Nobis uero quis tantum uerborum ſufficere poterit? At queſumus te, quid fuit hic quod in detrimentum Holſatiæ factum fuit? An eam poteſtatem Cæſaris munificentia conſequuti, uectigal nouum Holſatis indiximus? An ius aliquod cuius prius potiti non fueramus in eum nos principatum uindicauimus? An quod tua opera in Dania effectum eſt: inſontem ruſticorum manum magnis pollicitationibus ſecuriorem effectam indigne interemimus? Quod ſi neq; hoc commiſimus, neq; tale quid efficere conati ſumus, quod poteſt eſſe ingens illud preiudium in quod labores noſtri ceſſere? Sed dices forſitan, graue non fuiſſe ex Lubicenſium manibus feudum illud uendicaſſe, indecorum attamen tibi eſſe id à nobis ſuſcipere. Atqui hic te compellimus patrue num paulo honeſtius nobis id q̃ ſacerdoti competit? Aut utrũ tibi magis decorum eſt à rege q̃ ſacerdote feudi poſſeßionem deſumere? Enimuero quid opus eſt hoc iterum malum iterare? Nonne tibi ius noſtrum remiſimus? nonne Cæſareum officium antiquare, q̃ patrui beneuolentiã maluimus? Cum uero ipſe fatearis hac epiſtola ut poſtea

Iure ducatus illos dux Holſatiæ admiſerat quos rex illi & heredibus illius uindicauit.

O ingratitudo!

Preiudicium quale eſſe potuit in ducatuum Holſatiæ à rege factum.

Scortatores epiſcopi Dani qui ducem aduerſus regem incitauerunt.

Dux Holſatiæ in Dania inſontẽ ruſticorũ manum poſt ſecuritatem datam fecit interimi.

Longe honeſtius eſſe regem q̃ epiſcopũ ſuperiorem agnoſcere.

Rex Chriſtiernus beneficiũ quod à Cæſare acceperat duci remiſit ne conqueri poſſet.

apertum erit remiſſum id tibi & heredibus tuis fuiſſe. noſq; idipſum quod conſequuti eramus ut tibi gratum feceremus ſubmiſiſſe, qua audes prudentia hyſtoriã hanc ab ouo retexere? Aut quæ erit hic belli gerendi occaſio, q̧ è Lubicenſium manibus decus illud extorſimus, deinde tibi ſumus elargiti? Cur uero nunq̃ id conceſſiſſet Cæſar niſi à ueritate diſſendentibus ſermonibus & miris perſuaſionibus à nobis fuiſſet inductus? Quid enim opus fuit miris perſuaſionibus ut exponeremus, id olim Lubicenſi epiſcopo in priuilegium datum fuiſſe, ut à ſe Holſatiæ comites feudum ſuſciperent, Ipſe uero à Cæſare, & neutrum tamen obſeruatum eſſe? Quæ ſunt hic miræ illæ perſuaſiones? deinde petere nos ut quod iure ob negligentiam Lubicenſi epiſcopo derogari poterat, id nobis re ipſa permitteret, quas & hic inuenire potes? & tamen uides ad eam rem maioribus uerbis opus non fuiſſe, cum hoc tenore cauſa claudi penitus ualeat, neq; opus ſit ex inferis excogitatas diu uoces reuocare. Adde quod & tute melius noſti natura nos admodum dicaculos eſſe, adde neq; plane ceremoniarum peritos, quæ uiam ad adulationem ſtruunt. Subiunge deniq; odiſſe nos fucum omnẽ ſed ſemper ueritati pro uiribus aſtipulatos fuiſſe, ex quo magnam ſeditionis cauſam ortam fuiſſe noſtro periculo non dubitaremus aſſerere, Accedit qđ & uulgo dicitur et noſtro nos malo didicimus, ob nulla alia occaſione, nonnullos nobis ſuccenſuiſſe, q̃ q̧ liberius ueritatem Cæſari totam expoſuiſſemus, indeq; factum eſſe ut eam nos libertatem exilio tamdiu luerimus q̄dquid illud ſit miris perſuaſionibus uſos eſſe neq; uerũ eſt neq; tu ueriſimile ut ſit efficere unq̃ potuiſti. Porro quid ad te quibus perſuaſionibus egerimus? àn ne ſatis tibi eſt q̧ heredibus tuis tibiq; tam egregie perſpexerimus & cum iure amittere ducatus tuos potuiſſes illos ut non perderes effecerimus? O gratiam tuam patrue. O meritum pro beneficijs premium. Age uero cur ſi recte fuiſſet informatus Cæſar non potuiſſet citra principũ & electorum conſenſum id facere, ſed eodem ducatuũ ſub imperio & germanica natione tutatus fuiſſet. Aut quare hoc facto nõ eſt tutatus? Neq; enĩ opus erat principũ et electorũ cõſenſu, ut feudũ in principẽ imperij conferretur. Quãdo et nos ſub imperio Holſatiã Stormariaq; ducatus ratione eramus. Quod ſi in extraneũ ab imperio regem contuliſſet tum demũ electorũ et principum conſenſu opus erat. At in Danorum regem contulit, is autem ab imperio & Germanica natione extraneus eſt. Principio à te querimus

uter à

Quod rex perſuaſionibus ad Cæſerem uſus non ſit.

Rex Chriſtiernus natura non admodũ dicaculus.

Rex Chriſtiernus adulandi imperitus.

Rex Chriſtiernus omnem fucum natura exoſus.

Rex Chriſtiernus q̧ liberius quarundam rerũ ueritatem Cæſari expoſuit é regnis pulſus eſt.

Cæſar poterat citra principũ & electorũ cognitionẽ id feudũ Lubicenſi epiſcopo adimere et regi dare quæ rex ſub imperio retione ducatuum eſt.

Regem Danorum inquantũ rex eſt ſub imperio nõ eſt ſed inquantum dux unde nihil

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

uter à Germania magis alienus eſt àn qui illius publicam pacem contemnit àn qui diligentiſſime illi ſemper obſequutus eſt? Tute quid feceris non commemorabimus, neq; enim multum refert dicere à Germanica natione ſacraq; Cæſarea maieſtate & illius regimine tibi interdictum fuiſſe omne bellum. Quod tamen qualiter obſeruaris incomperto eſt. Deinde quid ad rem ꝙ Daniæ rex imperium non agnoſcat, cum Holſatiæ Stormariæq; dux Cæſarem ſuperiorem fateatur? Neq; enim cuilibet Dano regi in ſucceſſionem idipſum à Cæſare conceſſum fuit, ſed familiæ noſtræ quæ ſemper eorundem ducatuum cauſa, Cæſarem habitura erat quem agnoſceret. Num conſyderarunt idipſum legulei tui, quibus tu conſiliarijs hac in euulganda epiſtola uſus es? ubi erant hic qui omnia uident illorum tam agiles oculi? Sed id tibi & ſubditis tuis uidetur. Quid non uideretur autem tibi patrue, cui nihil quod à Cæſare geritur bonum honeſtumq; uidetur? In eum tu cum Franco rege conſpiraſti, in eum Geldris hoſtibus ſubſidium tranſmittis, in eum tu nihil non hominum commoues. Illius mandata abominaris, Illum palam conuicijs laceras, Nam qui ludibrio habes ab eo profectas quibus te admonet litteras quomodo illi integer es, aut quod ab eo fit tibi probe factum eſſe aliquando uidetur? An ne Danico bello functus, milites tuos aduerſus illum ad hoſtes Gelros & menapios tranſmiſiſti? àn ne Germaniæ conſilia ad Francum regem per Ebniones Leucoſq; perſcribis? Quomodo igitur tibi non iniquum uideretur? Ceterum cur cum id requireremus tuos mirum in modum grauatos & nullo modo conſentire uolentes inueniſti? Neq; requiſimus enim nos, ſed cum Sleſwicum ducatum à nobis in feudum uelles per oratores ſuſcipere reſpondimus copiam facturos nos illius rei quandocunq; uelles & in alios principatus inaugurari. Hæc ſi tam acerba requiſitio fuerit reliqui trutinent, certe nos in eam partem feceramus ut à ſacerdote & illius ipſius principatus conſiliario qui ſua negligētia nobis eos ducatus ademerat in ſpecioſiorem dominū uindicaremus, ꝙ aliquanto ſpecioſus ſit regibus q̃ ſacerdotibus paruiſſe. Subditos autem & incolas tuos neſcimus conſentire noluiſſe, id tantū cognoſcimus indignum tibi uiſum eſſe Cæſareo mandato quo id facere iubebaris obtemperare. Non autem in ſontibus illis tuis, qui niſi à ſanguiſugis quibuſdā ſeducerentur, non omnino male audire mererentur.

ILLVSTRISSIMVS HOLSATIAE DVX.

nihil pro duce ꝙ in regem Danorum collatum ſit id beneficiū.

Sacratiſſimus Cæſar non omni familiæ regū Danorum ſed ſolū generi Chriſtierni regis id ipſum beneficium conceſſerat.

Reſponſio ad id qđ dux ait ſecundū qđ ſibi uidetur Cæſarem id non ſciuiſſe.

Illuſtriſſimus Holſatiæ dux Cæſari nūq̃ integer fuit.

Dux Holſatiæ Danico bello functus milites ſuos ad ducem Geldriæ tranſmiſit.

Dux Holatiæ per aquiſgranū & urbē Meldenſem litteras ad regem Francorum mittit & recipit.

Incolas ducatuum illorum non recuſaſſe ſuperioritatem regis.

QVO factum eſt ut in multas dietas conueniremus inter reliquas uero in oppedo Daniæ Koldingo perſonaliter comparuimus, ab eodem amicam patrueli conuenientem concordiã expetiuimus, at nihil utile expetiuimus niſi quod nobis tametſi fide regia & commeatu illic ueniſſemus furca nocte dormientibus ante diuerſorium erecta fuit, Ex tali facto quam patrueli conuenientem & amicam erga nos propenſionem potuerimus elicere aliorum exiſtimationi relinquimus. Vnde conuentio poſtpoſita eſt, & indies res ad tumultum & inimicitias reſpexere, ita quod in bellum tandem apertum prorupit.

SERENISSIMI DOMINI CHRISTIERNI DANIAE, ETC. REGIS AD SVPRADICTVM ILLVSTRISSIMI HOLSATIAE DVCIS ARTICVLVM RESPONSIO.

CVM ITA PARTITVS ſis commiſſa noſtra Chariſſime patrue ut tu ex ſingulis nouum aliquid & horrendum nobis inferendum eſſe uelis, decet & nos famæ & nominis rationem habere, et ſi non eadem mordacitate at ſaltem maiore modeſtia ad impacta nobis crimina reſpondere. Inter multos igitur conuentioni dies indictos cum apud Koldingum eſſes, furca tibi nocte dormienti ad diuerſorium erecta eſt in ſummum ludibrium tuum & dedecus, tametſi fidem tibi feciſſemus qua tutus eſſes. Hoc crimen eſt quo in nos uteris. Hoc facto non parum quid tractum tibi eſſe conquereris. Sed age per Chriſtum. à quo tibi ingeſtum eſt, eam ut tu rem proderes & mandares memoriæ? & mendatium impudentiæ & impudentiam mendatio ſubſcriberes? Namq; in tanto hominum Germanorum & Danorum cetu qui iſthuc confluxerant nemo preter te, o patrue, quod ſciamus furcam erectam conſpexit. Adeo omnes ceci fuere, adeo ſtupidi, adeo male ſenſati? ut quod eorum nullus uideret hoc ſolus tu intuereris patrue? Deum cuius benefitio tantum cecutire potes. Nos tecum eramus furcam tamen non conſpeximus. Neſcimus àn dormienti tibi in ſomnis furca aliqua uiſa ſit, unde confeſtim exiſtimaueris erectam aliquam eſſe. Nam quomodo aliter quod nemini hominũ conſtitit, hoc tibi ſoli innoteſceret patrue? Somniare igitur poteras alio te in diuerſorio uerſari atq; furcam erectam fuiſſe. Niſi enim ſomniaſſe te interpretemur non

Ingens eſt mendatium de furca ante hoſpiciũ Illuſtriſſimi ducis erecta.

Nemo Germanorum & Danorũ furcam Koldingi erectã uidit.

Forte dormienti duci furca oculis obiecta eſt.

uidemus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

uidemus quomodo duplicis mendacij notam poſſis abſtergere. Neq; enim in diuerſorio fuiſti, ſed nobiſcum in arce. Neq; furca erecta fuit ulla, niſi ſi quam forte nebulo aliquis parieti appinxit quod in ea hominum colluuie, quæ eo confluxerat, neq; mirum eſſe neq; nouum plane dinoſcitur, liberum enim fuerat illi hominum generi furcam aliquam carbone, ut in caſtris Chriſtophorum depingere. Cuius rei neq; nos conſcij ſumus, neq; in ludibrium tuum factum eſſe interpretari debes. Alioqui quare magis hæc te q̃ nos iniuria contingit? Num & nos tecum in arce diuerſabamur? Num coniunctis cubilibus fouebamur? Num ſolus nos dirimebat paries? quid ergo læſum honorem tuum conquereris? Tu uero cum iſthic maneremus an unq̃ conqueſtus es honori tuo grauem iniuriam illatam eſſe? Cumq; aliquoties poſteà conuenerimus, àn huius aliquando rei mentionem iniecisti? Nunq̃ ſane nunq̃ patrue. Nunc uero furcam ad hoſpitium tuum erectam fuiſſe q̃ miris & te prorſus indignis ſuſpitionibus inculcas? Hoſpitium tuum arx fuit nobis tecum communis, ſed ad arcem furcam erectam fuiſſe quis teſtabitur patrue? te interrogamus, ad arcem tu erectam furcam intuitus es? Age, dic, teſtare. Minime: ſcimus dicturum te. Sed in oppido furca fuit. Bene habet autem. Sed nunquid erecta eo, quo ais, tempore? Sex illa menſibus prius ad facinoroſorum terrorẽ erecta fuerat, anteaq̃ eo uenturus dignoſcereris, quid ergo ad te? Sed hoſpitium tuum contingebat ais, Non tuum mi patrue, nam in arce nobiſcum eras, ſed ſi forte quod neſcimus lixæ tui eo in hoſpitio uerſabantur non hercle magis interpretari debes honori tui uim illatam eſſe, q̃ ſi in Cariosam aliquam domum Calones tui incidiſſent. Quid enim hoc nos poſſumus patrue, ſex forte menſibus tranſactis aliquot peditum cohortes eam urbem tranſierant & ex more militari ad nebulonum terrorem furcam erexerant. Abeuntibus illis furca ad malorum ciuium terrorem permanſit. Quæ hic te contingit iniuria? Aut quod opprobrium lixis tuis illatum eſt, ꝗ in diuerſorium inciderint, dignum illud quidem ſed ad cuius fores furca erat? àn confeſtim illis uis intentata eſt? Nequaq̃. An ex illis aliqui affixi ſunt? Neq; hoc, quid ergo nocuit curioſum illud lignum, niſi quod forte dormientibus illis ad oculos obuerſabatur, quo illo ſpectaculo non ſecus atq; pueri lamijs perterreri poterant. O delicatos homines. O teneros. O gratioſos. Atqui ſi conqueſti fuiſſent dormientibus furcæ ſpectrum obuerſari, iuſsiſſemus

exſcandi

Dux non fuit in diuerſorio ſed in arce cum rege.

Niſi furca ad parietem forte depicta fuit nulla alia fuit ad diuerſorium ducis.

Dux nunq̃ conqueſtus eſt recti honorem ſuum læſum eſſe, neq; enim læſus erat.

Ad arcem nunq̃ furca erecta fuit unde primo mendatiũ fuit de furca ad diuerſorium ducis erecta.

Verum eſt ſex menſi bus priusq̃ dux adueniret Koldingũ, furcã in urbe à militibus erectã fuiſſe, ſed hoc quid ad ducem?

Nullis familiariũ uis intẽtata eſt furca enĩ prius fuit, & deinde ibidem permanſit nõ ad illuſtriſſimi ducis, ſed ad latronum terrorem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Si illuſtriſſimus dux conqueſtus fuiſſet fur cam familiaribus ſuis noctu in ſomnis obuerſari rex iuſſiſſet exſcindi.

Etiam ſi furca erecta fuiſſet quid hoc ad ducem?

exſcindi, aut ſi tu unq̃ patrue, leſum eſſe honorem tuum cauſatus fuiſſes, ita confeſtim egiſſemus ut omnis ablata fuiſſet conquerendi ratio. Cur idipſum ergo nunc inſeruiſti? Siccine ſtudes omnes in nos homines exacerbare, ut ex minimarum rerum, quæ te non contingunt relatione, magnam & grauem iniuriam tibi factam eſſe ingemines? Quod ſi uero furca erecta fuiſſet illaq; familiaribus dormientibus tuis, quod hic fuiſſet iniuriæ ſpecimen? Multi illuc mortales confluxerant, inq; his non pauci quos occaſio in malum proniores efficere poterat. At illorum terrorem quis ſenatui uitio uerteret, q̀ furca ut erigeretur in mandatis dediſſet? Neq; enim hec bonos uiros contingunt non magis ſane q̃ ſi quod olim Rhomanis conſulibus uirgæ & ſecures preferebantur, exiſtimet aliquis tyrannidis illam ſpeciem & non muniendæ iuſticiæ potius fuiſſe. Nihil id noſtræ erga te propenſioni derogare poterat. Nõ tibi

Auellitur ſuſpitio quã is quiſquis fuit nomine Illuſtriſſimi ducis epiſtole inſeruit.

ludibrium mortuus truncus permouiſſet, quando hic ad ſontes affixus erat, inſontem uero te qua parte debuiſſet permouere? Nam quod is quiſquis fuit qui epiſtolam, cui ſubſcripſiſti, nomine tuo euulgauit, ſuſpitionem hominibus inijat de nobis ſiniſtre ſenciendi: facile illius ſtoliditatem poſſumus reprimere & teſtudinem illam que protenſis cornibus caput exeruit in priorem iterum ſpeluncam redigere.

Furca illa neminem offendit neq; lixam neq; minimũ etiã, nã uiri nobiles in arce erant.

Enimuero ais ex hoc facto poſſe unumquemq; facile exiſtimare q̃ patrueli conuenientem & amicam erga te propenſionem habuerimus. At quare precamur patrue? furca erecta non eſt. Hoſpitium tuum nobiſcum cõmune habuiſti. Calones tuos non offendit. Nobiles uiri qui tibi familiares ſunt: in arce uerſabantur. Quæ eſt ergo hic inconueniens patruelis propenſio? Nam quod ita intelligi uult factum ſi fuiſſet ſtolidus ille nugarum iſtarum author quaſi ex hoc mortem aut indignum

Furcæ erectionem ſi facta fuiſſet nihil derogaſſe fidei regiæ Illuſtriſſimo duci preſtitæ.

aliquid tibi uoluiſſemus intentare locum ſane habere non poteſt, cum nobis non defuiſſet poteſtas ſi uoluntas non defuiſſet, deinde neq; publico in loco idipſum effeciſſemus. Demum neq; uidente te. Mala enim fraus tum intentatur non in propatulo intentatur, nonne hec uidere & conſyderare potes? ſed in fide regia illuc ueneras. Quid ad hoc? Nõ enim in commeatu continebatur, quin ad ſontium terrorem furcæ erigi poſſent aut in ſceleratos homines animaduerti. Nihil ergo fidei regiæ derogare id poteſt. Sed neq; in minimo etiam nobilitati tuæ ludibrium

Quin omnia eo genere in illuſtriſſimum regem torqueantur quid tandem idem facturus eſt?

intuliſſe. Quæ cum talia ſint quid agemus tandem patrue cum omnia eo genere in nos contorqueas? Cum nihil tam abditum tam abſtruſum

tam ſecretum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

tam ſecretum ſit quod in nos non erucas? Cum ſomnia & anilia nugamenta ſubijcias? Hoc ne eſt chariſſimi patrui officium? Honori tuo derogatum eſſe conquereris furcæ erectione cum erectam eſſe non poſſis euincere. Neq́; hoc honori tuo detraheret, ad fures, ad latrones erigitur, Non ut nobilitati tuæ ludibrium inferatur. Sed neq́; ob id conuentio poſtpoſita eſt. Sleſwicum petebas ut in feudum tibi daremus, nos id ipſum prius conſiliarijs noſtris relatum iri reſpondimus, deinde factum iri quod peteres, & feciſſe id ea ratione neq́; tu negare potes. Nulla hic furcæ mentio facta eſt. Neq́; uero cum amicæ diſcederemus ulla in parte leſum fuiſſe te coqueſtus es, tantum abeſt, ut nihil ea in conuentione promotum fuerit, quantula enim fuiſſet prudentia tua, ſi ob furcæ erectionem que in latrones parabatur negotium diſſolutum fuiſſet? Non animaduertit hoc quiſquis ille fuit qui in ordinem redegit epiſtolam tuam qua incepti à te belli cauſas preſcribis? inſignis ſane Rhetor ſi non conſyderauit in nullum magis q̃ in te argumenti huius ſeriem competere, qui ob rem nihili & plane ſomniatam & ut facta fuiſſet minime ad te pertinentem, in id irarum exarſiſſe teſtificareris, & immerito dicereris bellorum tumultibus implicatus eſſe, qui ut illos acceptares re tam futili fuiſſes inductus. An enim ſat cauſæ ex furcæ erectione mutuare potes, quare patruelem coniugem, liberos exegeris? tot indigna perpetraris? Cæſarem omneſq́; Germaniæ principes contempſeris? Sola erat uel dominandi libido, uel ſenilis ſimplicitas patrue que te ita excæcauit, ut non uideres quomodo prudentiæ tuæ periuri nebulones qui te ad hec pepulerunt illuderent. Nos certe tui miſeret, adeo maiorem generis noſtri rationem habemus, q̃ tibi curæ fuit ut inſons patruelis uiueret. Sed deo cauſam committimus, temperabimus à ludibrio tui. Nam ſatis copioſum argumentum prebuiſti, ut in fabulam uenires niſi qd' alias diximus recorderemur nos tibi patrueles eſſe.

Infringitur id quod ait, propter id nihil concluſum eſſe, Nam falſum id eſt.

Si nihil fuiſſet eo in conuentu actum idq́; ob id ſolum quia furca ad ſontiũ terrorem erecta fuit nonne ingens id argumentum fuiſſet ducis aut inconſtantiæ aut imprudentiæ.

Satis copioſum argumentũ prebuit ſomniata furcæ erectio cur in fabulam Illuſtriſſimus dux uenire deberet.

ILLVSTRISSIMVS HOLSATIAE DVX.

INTERMEDIO tempore Illuſtriſſimus princeps D. Ioachimus Marchio Brandenburgenſis elector ſocer, auunculus & amicus noſter dilectiſſimus, cum D. Alberto duce Magnopolenſi & Henrico epiſcopo Ratzeburgenſi in ditionem noſtram paternam peruenit animo negotium inter patruelem noſtrum regem Chriſtiernum & Lu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

biceenſes eorumq́; fauentes, amicos & confœderatos tractandi. Itaq́;
& illi talibus diſcordijs & diſſenſionibus noſtris ſe immiſcuere, modū=
q́; quæſiuere, quo in patrueliam cōcordiam deſcenderemus. Inter mul
tos autem tractatus inter utramq́; partem habitos, tandem ex utriuſq́;
uoluntate & cognitione ita compoſuerunt, ut predictus patruelis no=
ſter infeudationē ducatus Holſatiæ quā à Cæſare impetrauerat abalie=
naret à ſe & dimitteret. Deinde undecim milia marcarum, quæ multis
annis ſecundū contentū litterarum & ſigillorū nobis debuerat in feſto
trium regū, Anno domini, M. D. xxiij. in oppido Kyle perſolueret.

ILLVTRISSIMI D. CHRISTIERNI
Daniæ etc. regis, ad ſupradictum Illuſtriſsi= mi Holſatiæ ducis patrui ſui articulum
RESPONSIO.

Omnem lapidem ad concordiam faciendā rex Chriſtiernus mouit.

QVOMINVS in patrueliam concordiam non deſcenderi=
mus in cauſa nunq̃ fuimus patrue. Nihil enim unq̃ commi=
ſimus quod patruelicæ concordiæ derogare potuerit. Conſcientia tua
teſtis eſt, q̃ nos omnem lapidem mouerimus ut generi noſtro idipſum
tandem non poſſet obijci. Proinde ſi tu patrueliam concordiam non ſis
aſpernatus facta iſta tua tam egregia indicant. Porro cum ipſe nunc fa

Ex quo nunc fatetur dux Holſatiā ducatus infeudationē ſibi à rege remiſſam eſſe, cur prius ea ex re inuidiam illi mouit?

tearis Holſatiā ducatus infeudationem quam nobis munificentia ſacra=
tiſsimi Cæſaris conceſſerat tibi & heribus tuis remiſſam fuiſſe, cur pri=
us ea ex re tantum aduerſus nos odij concicbas. Magnum argumentum
putabaris aſſumpſiſſe, ob quod merita in nos arma commoueres, nunc
uero cauſæ tuæ confiſus aperte fateris, quod nos probare debuiſſemus,
nempe nihil unq̃ patruo denegare uoluiſſe Chriſtiernum regem, utq́;
cidem egregie oſtenderet quantū auiti ſanguinis haberet proprium ius

Maluit rex Chriſtiernus Cæſareum beneficium antiquare q̃ patruo minimā etiam anſam iraſcendi præbere.

patruo ſubmiſiſſe. Quandoquidem cum ex Illuſtriſsimi Cæſaris libe
ralitate id conſequuti eſſemus quod Holſatiā ducatus infeudationem li=
berum eſſet nobis heredibuſq́; noſtris ſuſcipere, maluimus Cæſaris id
nobis beneficium antiquari q̃ ut tu re in minima honori tuo uim illatam
eſſe conquereris. & hoc tandem premium ſuſcipimus. Quod uero
poterat eſſe ullum tuum erga nos beneficium ut in illius recompenſa=
tionem uideri poſſemus heredum noſtrorum ius in te abalienaſſe, niſi
unicam modeſtiam noſtram & charitatem tui qua uoluimus efficere ut

pudere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

pudere tandem te poſſet cum eo te principe bellum gerere, qui in tui honorem quod preſtare poterat nihil omiſiſſet? Id ſi non conſyderaſti patrue ubi fuit generoſitas tua? Vſqueadeo ne rationem habuiſti ut in nos exacerbatus eſſes, ut huius beneficij apud te recordationi locus non inueniretur? Conceſſimus igitur tibi ut quod à Cæſare conſequuti eramus nobis & heredibus noſtris an quaretur: Sed tu quod rependiſti te dignum beneficium? Euincis igitur patrue chariſsime temetipſum, oſtendiſq; q̃ non ex equo ſanguini tuo faueris, qui tot beneficijs prouocatus eam demum gratiam rependeris. Tanto ingenio prediti fuere conſiliarij tui ut magnam nobis tragediam excitare crediderint, ſi commemorarent quod ius noſtrum tibi remiſerimus. Atqui ſi neq; exiguum neq; contemnendum eſt, poſtulatis & petitionibus tuis tam facile morem geßiſſe & honeſtißimæ nobis conceſſæ gratiæ in tuum deſyderium renunciaſſe, nonne decuit te huius aliquando memorem eſſe? Nonne hæc te à bello etiam ſi meritæ cauſæ intercesſiſſent auertere debuerant, cum conſyderare q̃ ſe facilem rex Chriſtiernus exhibuiſſet, ut in tuam gratiam nihil non efficeret? Deniq; tu ipſe fateris Illuſtrißimos principes inter nos omnia compoſuiſſe, quare ergo tam ſubito illorum uiluit authoritas, ut confeſtim omnium tractatuũ obliuiſcereris? At undecim milia marcarum ut perſoluerentur conuentum eſt, fatemur. nam ita res habet, ſed quod tu multis annis, & quaſi à ſeculo debita fuiſſe aſſeris, uide q̃ parum ab humanitate facis patrue qui probe noſti qualiter nos reliquum quod tibi debebatur ſemper egregie perſoluimus. Sed ad alia.

Nullũ beneficiũ huic beneficio regis dux impendit, niſi quod illum regnis & principatibus expulit.

Memoria regiæ facilitatis potuiſſet ducem à bello reuocare, niſi ferreus fuiſſet nõ ſua natura ſed aliorum inſtinctu.

Fatetur Illuſtrißimus rex uera eſſe q̃ articulus continet nam nihil aduerſus ſuam maieſtatem eſt.

ILLVSTRISSIMVS HOLSATIAE DVX.

CONSIMILITER ne aliquarum controuerſiarum inter epiſcopos, prelatos, equites ducatuum Holſatiæ, Sleſuiæ, Stormariæ iudicium fieret citra noſtram, aut à nobis deputatorum preſentiam, Deinde quia idem patruelis noſter certas quaſdam cauſas ſibi eſſe nobiſcũ dicebat petiuimus, ut eaſdem in die diui Martini ad nos tranſmitteret.

ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI Daniæ etc. regis ad ſupradictum Illuſtrißimi Holſatiæ ducis patrui ſui articulum reſponſio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

SED ET HOC FATEMVR COMPROMISSVM eſſe cum uideremus dandum hoc ſanguini noſtro ut ſingulari in nos prerogatione utereris. Voluimus enim admonere te quid partium tuarum eſſet, & ſi quæ prius inter amicos animorum fuiſſet concordia tu illam hoc quaſi pignore cognoſceres per nos ſtabilitam iri. Sed nō permouerunt te ea indicia amicitiæ. Herebat ſenili pectori indigna patruo conſpiratio, iam tum preiuerant nos ſordidi illi mercatores qui te, cum alia ratione non poſſent, muneribus corruperunt, adeo experti ſumus uerum eſſe quod à maximo olim rege dictum eſt inexpugnabilem arcem nō eſſe in quam auro onuſtus aſinus ingredi poſſet, Tute patrue idipſum faſſus eras principibus quibuſdam ſollicitari te à Lubicenſibus ut in eorum partes ſecederes. Id autem quia re effecisti, quis dubitare poteſt unum hac memoria eſſe te qui clariſsimam ſtirpem tuam hac infamia contaminaſti, ut in illam auro corruptus arma ſumpſiſſe dicaris? Curioni olim uitio datū eſt quod ab equeſtri familia in plebis & populi Rhomani partes tranſiret, cum tamen neq; omnino indecorū eſſet populi tutorem eſſe, & ad id magnis fauoribus prouocaretur, quanto magis hec preſens ætas admiratur Fridericum Holſatiæ ducem rege patre prognatum magni hactenus nominis, magnæ prudentiæ titulo commendatum, tam omnis decoris ſui oblitum eſſe, ut ad ſordidiſsimorum quadruplatorum partes deflecteret, & cum illis ex profeſſo contra nobilitatem arma corriperet? Quantum putas heredibus tuis dedecus adfuturum cum inſontibus illis patri infamiam totus orbis eſt obiecturus? Querebant impoſtores illi anteſignanum aliquem, quem in nos emercarentur. Cumq; diu de te diffiderent ubi tandem tam facile muneribus illaqueatum conſpexere, quantum putas illis riſus obortum eſſe? Exiſtimabant ad munera ſilicem eſſe te, neq; unq̄ effecturum, ut ſecum tu bellum capeſſeres. Vbi uero ad primam ſtatim requiſitionem in ſanguinem tuum inſtigatum conſpexere, tum illi protinus in tabernis ſuis triumphum euictæ nobilitatis continebant. Scz uidebant enim iam tēpus eſſe quo ſe de regibus ulciſcerentur, quo Chriſtierni primi familiam delerent. Nam tua opera exitii nobis conſtruxere, & poſt noſtram ſubactionem facile occaſionem inuenturi ſunt, qua in te tandem deſeuiant. Num fabulam audiſti aliquando tu de ouium & canum concordia? quam ubi labefecere lupi in utroſq; pari rabie deſeuierunt? Huius num tibi mamoria adheret? Neſcis uero quo olim nomine audierint olynthi,

Et hec omnia que predictus articulus continet uera ſunt, ſed nihil aduerſus regem eſt.

Non obſtantibus tam egregijs admiſſionibus Illuſtriſsimi regis dux auro à Lubicenſibus corruptus eſt.

Ingens uicium ſimplicitatis Illuſtriſsimi ducis à nobilitate ad uſurarios deſcendere.

Curio olim notatus q̄ à nobilitate ad populum deſciuiſſet.

Ingens dedecus heredibus Illuſtriſsimi ducis adfuturū ſi cōſyderent hanc cū fœneratoribus preter pacta cōfœderationē

Querebant Lubicenſes unum aliquem quē aduerſus regem & nobilitatem emercarentur tandem inuenerunt ducem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

rint Olynthi, Capitolij Gretiæ proditores? & quomodo in totius urbis fabulam ſua perfidia relati ſunt. Tu autem qui genus tuum prodis, qui à regibus ad ſulphuratos deſcendis, qui ut ſtirpi tuæ mortem intentes pecunia inductus es quomodo olim ab hac te infamia uindicabis? Si uero in aciem deſcendendum eſt, num ſub quibus ſignis mereberis agnoſcis? Videbis ubi tu nobilißima auorum tuorum inſignia ſolebas in prelium producere depictas fœneratorum tabulas, & inherentem cruentæ manũ, Tum pro leonibus ſulphurata, pro cordibus Haleces, pro Gryphibus aridos piſces in uexillis intueberis, quæ tum ſubitura eſt te penitentia? Optabis diem illum quo poſſis tam inſignem contumeliam abolere, & optabis, neq; tamen deſyderio tuo aliquid reſponſurũ eſt. Hi ſunt qui te ſeduxere, neq; hi tantum, ſed periuri illi quos principio muneribus ſollicitatos ad uim innocentiæ tuæ inferendam Lubicenſes induxere. Hinc factum eſt ut ſimplicitas noſtra permouere te non poſſet, uidebamus exacerbatum eſſe, cauſam tamen ignorauimus. Neq; deniq; exiſtimabamus in eas unq̃ res auſurum te, neq; fides unquam fieri potuit ut tu tam ingentia in animo uolueres. Fatemur igitur ita actum eſſe, atq; nunc hoc articulo ſcribis. Nolumus enim quod tu facis in re aperta ueritatem inficiari. Demũ uero inuenturus es hoc quod tu in nos machinaris preludiũ in caput tuum uerſum iri. Sed ad alia.

Fabula de ouium & canum concordia, ſic Lubicenſes ducẽ nũc à rege auerterũt hoc cõſumpto illum facile deleturi.

Si bellandũ ſit uideat Illuſtrißimus dux ſub quibus ſignis merebit.

Lubicenſes principio multos auro corrupere qui Illuſtrißimũ ducem à patruele ſeduxerunt.

Vera ſunt omnia in articulo illo ſcripta, ſed tandem nihil aduerſus regẽ faciẽt.

ILLVSTRISSIMVS HOLSATIAE DVX.

Deniq; conuentus dietaq; indiceretur ad feſtum penthecoſtes in oppido Segeberga ducatus Holſatiæ ſecundum receſſum & compromiſſum, ſecundum tenorem eorundem effectum, quo quidem in conuentu tractaretur de Noruegiæ regni hereditate, de eo qđ regũ Danorum natu minoribus filijs deberetur de ſucceſſione in hereditatem ducatuum Sleſuicæ, Holſatiæ, Stormariæ, demum de ratione tutelæ noſtræ ad cognitionem Illuſtrißimi principis D. Ioachimi principis electoris, ſoceri, auunculi & amici noſtri etc. D. Buſlaui ducis Pomeraniæ & Stetinij, & Henrici Albertiq; ducum Megrapolenſium fratrum, & D. Henrici epiſcopi Raczeburgenſis.

ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI DANIAE ETC.
Regis ad ſupradictum Illuſtrißimi Holſatiæ ducis patrui ſui articulum RESPONSIO.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Fatetur dux cõuentũ eſſe de dieta ad feſtũ penthecoſtes indicenda, cum tamẽ ante feſtum penthecoſtes ipſe regem expulerit.

Cum multa indicia permoti aduerſus regem animi dux ꝑderet, uoluit rex humanitate preuenire.

Dux dixerat aliquot principibus ſe à Lubicenſibus aduerſus regẽ ſollicitari, ſed rex nũq̃ exiſtimaſſet eum in talia auſurum ꝑpter multas rationes quæ hic enumerãtur.

Dux omnia pollicebatur quia in rem illius multa erant, nam ea tractanda erant q̃ ipſe prius litteris ſuis dixerat egregie abſoluta eſſe.

HIC DEMVM oſtendis Friderice patrue & modeſtiam noſtram & inhumanitatem tuam, quando ipſe fateris conuentum eſſe, ut ad penthecoſtes feſtum dieta indiceretur, quam tam infami bello preueniſti, diu enim nos regnis exegeras, priusq̃ penthecoſtes feſtum eſſet adeo te à conuentionibus ſcelerata illa munera adegerant. Compromiſſum effeciſti, cumq́; iam tua ex parte tuti crederemus ſubito bellum indixiſti. Et hic deniq́; cogimur inculcare id quod nunq̃ niſi inuite facimus, beneficium erga te noſtrum & eo uno genere famam noſtrã aduerſus opprobria tua tutari. Enimuero cum multis indicijs proderes q̃ parum amico erga nos animo eſſes, uoluimus nos quod ex patruelis offitio erat, nominis tui & decoris rationi proſpicere, & facilitate noſtra efficere ut ſi prius non omnino æquus nobis fuiſſes illo tu noſtro offitio demulcereris. Augurabamur corruptum & id tu ipſe aliquot principibus iam dixeras, à quibus ad nos delatum fuit. Perpendimus magnam labem nobilitati tuæ inuſtam iri ſi primus contra regibus cum mercatoribus arma corriperes, & contra nobilitatem in uſurariorũ caſtris uilis tranſfuga mereres. Deniq́; tam cecutire te admirati fuimus, ut non proſpiceres illam tuam cum mercatoribus conſpirationem in nullum magis q̃ te redundaturam, in quem ab excidio noſtro omnem impetum conuerterent. Accedebat ꝙ aperta Cæſaris indignatio ſubſequutura erat. ꝙ aperta à ſacro Cæſareo regimine tibi mulcta indiceretur, ſi publicam pacem atq́; omnium conſenſu admiſſam, & grauiſſimo edicto promulgatam primus infringeres. Ante oculos uerſabatur q̃ male audituri eſſemus nos apud omnes homines, ſi in noſtrum mutuo ſanguinem debaccharemur, atq́; tametſi nos illius facinoris mundi & immunes futuri eſſemus, opinionem eam hominum deniq́; & in nos ſeuituram congnouimus. Itaq́; preuenire uoluimus offitio, & ſi que nobiſcum tibi intercederent ut in diem conijceremur inſtetimus. Et pollicebare tu quidem omnia, quid non pollicerere enim quum in rem tuam futurum illũ cognoſceres? Admiſimus ut hec que hoc articulo ſubiungis iterum tractarẽtur, cum tamen ad id nullo iure cogi potuiſſemus. Nam regni Noruegia hereditatem prius oſtendimus tibi minime competere, aut ſi competeret negligentia tua effectum eſſe, ut merito antiquari poſſet, demũ illius nunq̃ rei mentionem feceras, neq́; meminiſſes enim niſi quadruplatores illi quendam pretextũ ut obtenderes conſuluiſſent, ut iure cogi uidereris bellum capeſſere, & ſecum ad nobilitatis excidium conſpiraſſe.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

raſſe. Id autem quod regum Danorum minoribus natu filijs debebatur egregie tibi perſolutum eſſe à patre noſtro D. Ioanne rege, litteris obſignatis longe prius tempore teſtatus eras, literæ tuæ in manibus noſtris ſunt, illas tuas eſſe inficiari non potes, neq; inficiaris etiam, ſed in te dominatur quadruplatorum auaricia, quæ nullius rationis compotem eſſe permittit. Permiſimus tamē ut iterum ſi quid aduerſum litteras tuas haberes, in medium definito tempore produceres. Succeſſionem in ducatus integros Holſatiæ, Stormariæ, Sleſuici, tu quoq; ſciebas ad te iure non pertinere, quod & pridem euicimus, & teſtari adhuc poteſt idipſum, ꝙ poſtq̄ ſuperueniſſet Sereniſsimus D. pater noſter Ioannes, auia noſtra paſſa ſit ducatus diuidi, quæ prius illos teſtamento legatos eſſe tibi cōmenta fuerat. Neq; uero diuiſionem approbaſſet ſi teſtamentum efficitum non eſſe, potuiſſet euincere. Porro tutæle tuæ rationem pariter literis ſigillatis teſtatus fueras legitime tibi factam eſſe, unde ut iterum in incudem reuocaretur nulla alia re q̄ innata noſtra erga te propenſione induci potuiſſemus. Et paruimus tamen compulſionibus illis tuis ut ea polliceremur iterum examinaturos, quæ nullus unq̄ principū poſt litteras datas fieri poſtularet. Quando non poteſt maius inſtabilitatis ſignum eſſe, q̄ quod ſemel legitime approbatum eſt, id iterum uelle reſcindere & in dubium reuocare. Hic conſydera patrue impatruelicam ſeuiciem noſtram & quo tecum animo uixerimus diligenter perpende. Horum omnium legitimam tractationem bello preueniſti, & cum data dextra pollicitus eſſes & ipſemet idipſum modo fatearis, illi te conuentioni interfuturum, omnibus nos poſſeſsionibus exuiſti. Id quia ita effeciſti Fridericæ patrue, nolumus & nos huic compromiſſo ſtare idq; aperte proteſtamur, quando quominus omnia obſeruauerimus tute in cauſa fuiſti.

Permiſit rex ut ſiquid aduerſus litteras ducis ipſe dux haberet in medium produceret ſed ante tempus dux bellum regi intulit.

Dux quod ſemel immo toties approbarat iterum uoluit in dubium reuocare & contentus erat rex ſed tēpus à duce bello preuentum eſt.

Dux data dextera pollicitus erat ſe iſtic ad futurum ſed & ſigillo dato idipſum ꝓmiſerat.

ILLVSTRISSIMVS HOLSATAE DVX.

HEC tamen omnia à patruele noſtro neglecta ſunt. Vndecim milia marcarum contra regiam promiſſionem non perſoluta. Similiter contra admiſſam conuentionem citra cognitionem noſtram aut conſiliariorum noſtrorum inter aliquot equites principatuum illorum ſententia ab eo lata. Controuerſiæ quæ eidem nobiſcum intercedere poterant ſecundum conuentionem non admiſſæ & oſtenſæ. Sed multo

magis in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Germaniæ den blaw enthurn.

magis in apertum præiudicium noſtrum & diminutionem priuilegio=rum ducatus Holſatiæ commiſſarium ſuum ad precipuam arcem illius ducatus Segebergam poſt abſolutum compromiſſum tranſmiſit. Turrim cognomento Praſinam quæ murata erat ſpoliari fecit, omnia & ſingu la priuilegia, indulta ſub aureis ſigillis quædam ante quadringentos annos eidem principatui à Rhomanis Cæſaribus & regibus nobis & illi equaliter illic ut Holſatiæ ducibus in cuſtodiam poſitas, auferri cu=rauit, & ex eodem principatu qui Rhomano imperio incorporatus fuit, auehi fecit.

ILLVSTRISSIMI DOMINI CHRISTIERNI DANIAE, ETC. REGIS AD SVPRADICTVM ILLVSTRISSIMI HOLSATIAE DVCIS PATRVI SVI ARTICVLVM RESPONSIO.

Iam tandem ad illatio nem peruenit ducis epiſtola, precedentia enim magis induce=bant ad id quod nūc dux uult.

HVC TANDEM ſpectabant quæ prius inculcaueras patrue ſed eadem nos ratione amoliemur quæ tu digna exiſtimas, ob= quæ tam ingens bellum concieres. Porro quod ad prefinitum tempus undecim millia markarum non ſint perſoluta nemini certe magis indo luit q̃ regi Chriſtierno patrueli tuo, qui cum in Daniam ueniſſet nihil prius in uotis habuit q̃ ut tibi pecunia illa integra citra omnem exſpecta tionem remitteretur. Mandatum eſt theſaurario noſtro D. Andreæ glaub, ut q̃ primum citra ullam moram tibi pecuniam eam perſolueret.

Rex mandauit Theſaurario ſuo ut perſolueret dicā eā ſummā ſed ipſius negligentia perſoluta non eſt.

Accepit mandatum ſed uel illius negligentia, uel q, non exiſtimaret tanti eſſe apud te non multo ſupra ſeptem florenorū milia ut confeſtim tam egre ferres ſi non ſubito perſoluerentur: qui mos regiorum eſt diſtulit cum nos plane crederemus pridem tibi ſatis factam fuiſſe. Hec ita eſ=ſe ſi inficiari uelis, habes domi tuæ hominem quem facile ut omnia tibi prodat, potes impellere, apud te eſt qui mandatum accepit, qui rem diſtulit nulla ſane noſtra culpa, ſed magno tamen cum detrimēto, cum ex eo tu occaſionem nactus ſis re tam leui, tam futili, tam indigna pa truo, ut nos è tot regnis exigeres.

Idem theſaurarius nūc apud ducē eſt unde poteſt dux examinare hominem àn non ſit illi datū in mādatis ut perſolueret diu etiam ante tēpus

Nos autem cum demum intellex=iſſemus nondum tibi ſatisfactum eſſe ſub octauum Kalendas Ianuarias cum perſoluendi terminū Epiphania faceret ex animo indoluimus, no=lenteſq; ulla in re ut in nobis boni principis officium deſyderaretur, ad te confeſtim litteras dedimus, orabamus ne egre ferres pecuniam eo

Chriſtiernus rex dum in itinere eſſet ad Hafniam & au=diret

termino

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

terminо non poſſe perſolui, culpam noſtram non eſſe, commiſiſſe prius negotium theſaurario nos, illius autem negligentia irritã promiſſionẽ noſtram factam eſſe. Precabamur ut hoc patrueli dares, ut hoc ſanguini dares, ut innocentiæ noſtræ dares. Neu de perſolutione dubitares. Paratos nos eſſe nobiliſsimos uiros tibi obſides dare qui tantiſper apud te eſſent donec ad integrum tibi ſatisfieret, quod ſi neq; hec conditio tibi perinde placeret, uelle nos aliquot arces noſtras his in ducatibus tibi oppignorare. Illis potireris donec legitime tecum actum eſſe tute fatereris. Hec ad te à nobis ſumma cum diligentia quod ipſe negare non potes perſcripta ſunt quæ te ſane admonere potuiſſent, ne perinde in ſupplicem patruelem inſurgeres, & in illius excidium cum perfidiſſimis nebulonibus conſpirares. Quid enim non permouiſſent patruum quæ efferatiſſimum hoſtem demulſiſſent? Principio per nos non ſtare cognoueras quominus tibi perſolutum eſſet. Deinde & ſupplices literas uidebas quibus excuſationem pretẽdebamus, quibus obſides offerebamus quibus ut arces noſtræ tibi cederent contenti eramus. Demum perpendere facile poteras q̃ nos erga te affecti eſſemus, qui chariſsimarum rerum cuſtodiam tibi legare parati eramus. Accedit, quod magnum dedecus tibi acceſſurum eſſe, cognoſcere non graue fuit, ſi ob ſeptem florenorũ milia in ſanguinem tuum inſurrexiſſe dicereris. Hec omnia obuerſata fuiſſe non ambigimus, ſed locum tamen apud humanitatem tuã inuenire non poterant. Contempſiſti ſupplicem. Excuſationem aſpernatus es, Oblata renuiſti. Cumq; minimum ſit officium pro literis literas rependere, tute uacuum literis nuncium abire permiſiſti. Neq; reſcripſiſti enim, neq; quod nobis referret intimaſti. Itaq; non inficiamur, derogatum aliquid eſſe promiſſioni noſtræ. Polliciti eramus, non miſimus, tempus perſoluendi determinatum erat, & id tranſgreſſi ſunt qui ut non tranſgrederentur in mandatis habuere. Hic culpa eſt, hic officium deſyderari poteſt. Non refragamur, ſed te chariſsime patrue decuit id ipſum innocentiæ noſtræ remittere, cum probe cognoſceres noſtra id in curia minime factũ eſſe, & accederent ſupplices litteræ quibus ne id ſtudio omiſſum eſſe interpretareris deprecabamur. perſoluta igitur non ſunt? Quantum in nobis ſane fuit perſoluta, iuſſeramus enim ut perſoluerentur, quid amplius requiris? Ad tempus obſides offerebamus, arces offerebamus quæ longe meliores erant, q̃ undecim markarum milia. Et hec te permouere potuiſſent niſi ferreus fuiſſes. Atqui ut

H noſtra ea

dicet nondũ perſolutum eſſe dua indoluit & ad ducem miſit oratum ne egre ferret quia cõfeſtim ubi perueniſſet in Hafniam ſe illã ad eum miſſurũ interea obtulit illi obſides & arces ſuas in ducatibus illis donec eidem omnia perſoluiſſet.

Tam humilis legatio mouere debuiſſet ducem ne patruelẽ cõſpiraret cũ tam egregia offerentur.

Magnũ dedecus duci acceſſurũ eſſe conſiderare debuit ſi ob tam exiguam ſummã paulo ſerius perſolutam bellum inferret.

Vndecim millia marcarũ efficiũt ſummã 7332 florenorũ cum medio & ſexta parte unius egregia ſane ſumma ob quã bellum contra ſanguinem aſſumeretur.

Dux Fridericus debuiſſet id innocentiæ regiæ dediſſe q̃ non fuiſſet perſolutũ preſertim cum rex tam humiliter ſcripſiſſet & obſi

& obſides & arces obtuliſſet & per eum nõ ſtetiſſet quo minus eſſent perſoluta.

Debebat dux perpendere tametſi ſumma ea perſoluta non eſſet non habere ſe tamen rationẽ ſufficientem ad bellum.

Generoſus princeps ignoſcere ſuppliciter petenti patrueli debuiſſet.

Non debebat exꝓbraſſe dux idipſum regi quod rex emendaturũ ſe obtulit.

De iudicio inter equites Holſatiæ definito.

Verum eſt controuerſiã inter equites à rege cõpoſitam eſſe ſed cõpromiſſum qđ uetabat quo minus amplius fieret nondum erat a rege ſigillatũ neq; ſignatũ chyrographa prius autem ſemper dederat iudicium rex.

Duabus de cauſis licuit regi Chriſtierno idipſum facere prior iam dicta eſt, altera eſt quo=

noſtra ea culpa eſſet, queſumus te patrue nonne quid te deceret conſyderare debuiſti? Nonne perpendere, tametſi culpa noſtra eſſet, occaſionem tamen ſat magnam oblatam non eſſe ut patrueli mortem intentares? Nonne indignum id generi tuo ut ob tam exiguam ſummam paulo ſerius perſolutam, ſordidiſſimis nebulonibus nobilitatem tuam uenalẽ faceres? Vides patrue q̃ tu non admodum officioſe in nos retorques, quod ne retorquere poſſes effecimus. Iniuriam ultro facti ſumus, neq; noſtram tamen ſed eorum quibus id munus delegatum fuit. Nonne generoſis animis hoc ſatis eſſe ſolet ſupplicem hoſtem & culpam fatentem intueri? Pyrrhum Epyrotam in hyſtorijs eſt, cum audiſſet Tarentinas aliquot aduerſum ſe inter pocula conſpiraſſe, uocatos muneribus etiam datis remiſiſſe, ꝗ libere faterentur id ita feciſſe ſeſe, neq; diſſimularent plura etiam dicturos fuiſſe. Quanto magis te barbari hominis exemplum permouere debuiſſet, ut & nobis culpam ſi quæ fuit remitteres dum uideres illis apud te precibus inſtare, ut iram iniuriæ condonares. Non exprobrares autem ſi in te minima generoſitatis ſcintilla ineſſet, & non tam ſeduxiſſent te periuri illi ut non uideres, quantum nobiliſſimæ ſtirpi tuæ iſthac inhumanitate derogares.

QVANDO uero citra cognitionem tuam aut tuorum inter equites Holſatiæ ſententiam definimus? Nunq̃ ſane nunq̃ patrue, ſed ſi forte ad id alludas iudicium, quo aliquot equitum controuerſias compoſuimus eo tempore quo nondum compromiſſum confirmatum erat, quid uetat cur minus id faceremus? Noſti enim & apprime noſti patrue qualiter cum cœptares hec eſſet inter nos deduci, nondum tamen ſubſcripſeramus ad nos ſtrenuus D. Nicolaus ab Anefeldt conſiliarius tuus, qui iuſticiã ut ſubminiſtraremus expetijt et paruimus. Quid nõ pareremus enim, cum compromiſſum nondũ comprobaſſemus neq; ſigillo neq; ſyngrapha munijſſemus? Ceptares deduci erat nondum concluſa. Neq; nos ſyngrapham neq; ſigillum appenderamus. Cur ergo quod prius ſemper feceramus nobis adhuc liberum non eſſet? ſed neq; munitũ neq; admiſſum adhuc dyploma fuiſſe tute negare non potes. Euincet idipſum conſiliarius tuus, qui pridem dictus eſt Nicolaus ab Anefeldt. Euincet ſentẽciæ definitæ notatus dies, neq; ipſe aliud potes aſſerere, neq; audes enim. Tametſi huic epiſtolæ nõ dubitaſti inſerere. Deinde quamq̃ mẽtio huius rei iam tum ſatis diligenter habita erat ſubiunctum fuit attamen ne poſt illam abitionem noſtram quicq̃ determinaremus citra

remus citra tuam aut tuorum cognitionem. Id autem iudicium cuius nũc mentio eſt, quo tempore adhuc tecum eramus prodijt, non poſtq̃ te deſerueramus, hec oĩa tibi nota ſunt et periuri illi qui te ſeduxerũt ſcortatores idipſum tam compertũ habent ut negare non poſſint. Sed uolucre, uti diximus hoc uno genere inſtabilitatis nobis notam inurere tan q̃ omnium à nobis acceptorum rationem infringeremus, & infregimus ſane eo quo tu uides genere qui nihil commiſimus, cuius in noſtrum caput memoria redundare poſſit. Hæc ſunt tua aduerſum nos ingentia obiecta quibus, ut reſpondere non poſſumus, cõſcientia noſtra uetat. Sã licet uero iudicium dedimus. Quid uero non daremus nos? Sed obliuiſcimur q̃ tu ſoleas frequentius patrue iudicio rem tuam committere, qui Cæſarem & omnes principes abominatus es. Tu nunc inuidiam mouere nobis paras q̃ controuerſias compoſuerimus. Atqui ſi controuerſijs finem imponere ſit mali principis officium, uolumus & nos hoc genere mali principes eſſe. Hoc nos crimine à te deferimur nullo ſane merito noſtro. Sed quia utile tu tibi exiſtimaſti, ſi omni ex parte nobis inuidiam conflares, & uides tamen q̃ nullam occaſionem nactus ſis. Nam dependente adhuc neq; confirmato receſſu, & ex conditionibus & ex iure liberum nobis erat donec abſolute annueremus priſtinis partibus defungi. & in id requirebamur: & à conſiliarijs tuis ſollicitabamur. Age uero poſtq̃ compromiſſum ſignauimus, poſtq̃ regium ſigillũ appendimus, poſtq̃ Cyngrapha muniuimus, habere ne potes, quibus fidem facias eidem non ſtetiſſe nos? Minime ſane, neq; enim ullam controuerſiam poſtea definimus. Cur ergo obſeruatæ compromiſſi conditiones non ſunt? An uero tanti momenti ducebas iure diſceptationi finẽ aliquem imponere? Vituperandum hoc? & non potius dignum negotium cuius alia tamen præfatione memoriam ingereres? Determinauimus igitur cauſam. Quid hoc non liceat? Inter equites controuerſiam compoſuimus. Neq; hoc diffitemur, nam facti queſtio hic non eſt, ſed quid iure facere potuimus inquirendum eſt, ſed iure primum publico, Nam principes eramus, ſententiam promulgare poteramus. Dein contracto, nam ut poſt eam abitionem non magis citra conſiliariorum tuorum preſentiam diffiniretur, tractatũ erat, non autem interdictum quo minus pro tempore fieret. Demum neq; illi compromiſſo adhuc ſtipulati eramus, neq; acceptaueramus enim. Neq; illi ſtare uelle nos aut ſyngrapha aut ſigillo proteſtati eramus. Intermedio enim tempore, cũ res

eſt quoniã dictum fuit ne poſt illud tẽpus cauſæ determinarentur modo hoc factũ fuit eo in tempore quo de re tractabatur, unde nihil aduerſum regiam promiſſionem.

Fridericus dux Holſatiæ raro cauſas audit in iuditio aut nunq̃ proinde rex Chriſtiernus aut debebat cauſas audire uel inauditæ remanere debebant.

Illuſtriſſimus rex à conſiliarijs ducis Holſatiæ in id requirebatur ut ſcz cauſam audiret et audiuit quid iſthic mali eſſe poſſit

Rex iure publico & iure contracto poterat controuerſiã eam dirimere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

tranſigi cepiſſe iudicium id promulgauimus ſi id iuriſconſulti tui ſiniſ=
trius factum exiſtiment, ipſi uiderint, certe eorum illos profeßio re=
darguet.

Cur controuerſiæ eo tempore ad ducem non ſunt delatæ.

CONTROVERSIAE autem cur ad te noſtræ delatæ non ſint
àn rationem ignoras Friderice patrue? Sed ſcire te nonne longe com=
pertißimum eſt? Cum enim polliciti eſſemus ad te omnia tranſmiſſuros
nos quecunq; tecum intercederent illaq; ad diem Martino ſacrum per
nos ſtetit quominus non tranſmiſerimus. Quandoquidem paulatim con

Lubicenſes totum mare infeſtum reddiderant unde conſiliarij regis aduenire nō poterant.

quieuiſſet Lubicenſium pyratica qui medijs in conuentionibus in Daniā
tranſierant, & primis partibus tragediæ cui tu cataſtrophen ut impone=
res auro corruptus eras, functi eſſent nonne conuentum omnium con=
ſiliariorum noſtrorum Kalundeburgi indiximus? Hec nota ſunt. Pars
enim illorum iam pridem à te inducta uenire recuſauerant, Multi uen=
tos, multi tempeſtates, multi incertum nauigationis euentum cauſa=

Menſe Nouembri mare illud nauigari non poteſt, unde conſiliarij regis ut ex ipſorū literis patet aduenire non potuerūt.

bantur. Veniendum erat enim ad nos ex inſulis multis, quibus omni=
bus Daniæ regnum conſtare noſti. Iam tum menſe Nouembri difficilem
nauigatu Oceanum ſatis tibi compertū eſt eumq; preſertim ea in parte
quæ ſeptentrionem reſpicit, tametſi nulla in parte ſatis tutam nauigatio
nem eſſe eo tempore multis periculis oſtenſum eſt, unde quidam literis
mißis in pericula, ſuam inobedientiam conijcere. Nonnulli uenturos ſe=
ſe proxime ad nos literis ſuis teſtati ſunt. Quas omnes ad te miſimus
patrue eo quo tu uolebas tempore petiuimuſq; ne id negligentiæ no=
ſtræ aſcriberetur. Neq; enim poſſe nos aut uentis aut tempeſtatibus im

Conſiliarij regis ꝓpter conſpirationē quā cum duce fecerant aduerſus regem non aderant.

perare ut à maris turbatione abſtinerent. Neq; reluctantes & inuitos
compellere eo tempore facile fuit, preſertim cum egre laturus eſſes eos
qui ex animi tui ſententia non adeſſent à nobis durius aliquid perpeti.
Non deſtitimus tamen quod unum ea tempeſtate poteramus ſingulos
ſollicitare ut ſub octauum Kalendas Ianuarias adeſſent. Eam in rem

Rex Ioannē Caduceatorē in Intiā trāſmiſit ad euocandos conſiliarios.

Caduceatorem noſtrū in Intiam tranſmiſimus, literas dedimus quibus
ſingulos ut ad nos concederent adhortatus eſt, profectus eſt ad ſingulos
uenit, qui ſeſe una omnes uoce adfuturos ad indictum diem profi=
tebantur. Pleriq; etiam literis mißis aduentum ſuum teſtati ſunt, quas

Rex literas conſiliariorū quibus ſe excuſabant ꝙ uenire non poſſent aut quibus ſe ſcripſerūt uenturos.

cum noſtris iterum ad te miſimus ne tarditatis crimen in nos impinge
res, qui priuato conſilio de rebus tam arduis nihil definire, nihil ſtatu=
ere poteramus, eas tu literas ad te delatas negare non potes. Nam ad
nos iterum ſed citra reſponſum tranſmiſiſti. Quanto minus conqueri

per nos

per nos factum eſſe ut promiſſiones antiquarentur. In illis enim rebus quæ ad totius regni cōmoditatem ſpectabant quomodo tam temere preter conſiliariorum conſenſum ſtatueremus? An tu uero aliquando apud nos hoc negocium ſollicitaſti & recuſauimus? Minime, an controuerſiarum ſummam unq̄ efflagitanti durius reſponſum dedimus? Neq; hoc ſimplex negocium eſt. Regni cauſa agebatur. Noſtrum erat conſiliariorum regni arbitrio ſubiacere. Neq; tamen unq̄ ſi petijſſes aliud commiſiſſemus q̄ quod literis tradideramus: nempe orare nos ne hoc patrueli imputares. Nullius eam minus q̄ noſtram culpam eſſe. Quid ſi uero tute, cur non adeſſent, in culpa fuiſti? Num pridem tu illos corruperas? Num tecum proditores illi conuenerant? Tu illis ne ad nos uenirent interdixeras. Quandoquidem aliud nihil iam tum agebas patrue. Tute occaſionem bellandi ut ſummeres querebas. Tute conſiliarijs perſuaſeras ut eam petitionibus noſtris excuſationem obtenderent. Huius tu rei apertam iam fidem facis ne dubitare quiſpiam cogatur, quin tu non minoribus iam tum illicebris illos irretieras. Non de omnibus loquimur, quando non deſunt qui primi innocentiæ tuæ uim intulerunt. Alij autem poſtea uolentes, multi autem à te inducti acceſſerint. Delictum id tuum fuit, & tamen id nobis ea nunc ſcuitia obijcis? ut ex hoc maximam tu bellandi cauſam deſumpſeris. Quid nos ea in re poteramus patrue? tu illos corruperas. Tu ne parerent induxeras? Tu ne preceptum exequerentur effeceras. Non miſimus igitur ad te controuerſias, quandoquidem ne ad te mitti poſſent commiſeras. Hic de te iuſte conqueri poſſemus, ꝗ tam citra omnem rationem in nos ceuehare. Noſtrum nullum delictum fuit. Siquidem & ad te diligenter perſcripſimus paratiſſimos eſſe nos, modo illi aduenirent. Cur decet igitur ſolos nos id luere? Cur ſi iniquum eſt controuerſias non tranſmiſiſſe nunc in illos contemptores noſtri non animaduertis? Sed primum apud te locum obtinent ſcelerati illi & perfidi quadruplatores. à quibus ſi quæ tibi aduerſum nos bilis fuit profecta eſt. Nonne hoc iudicio plane conuincis premium etiam illorum à te perfidiæ conſtitutum fuiſſe? Vſque adeo humanus es? uſque adeo ſanguinis tui memor? Si factum tibi diſplicuiſſet patrue ꝗ ad te controuerſias non remiſerimus debuiſſes imprimis in eos per quos ſtetit, quominus tranſmitterētur, animaduertere. Tunc à te hanc infamiam depuliſſes. Nunc uero ſolo furore aut dominandi libidine commotum eſſe te quis non intelligit? In ſolum re=

turos ad ducem cum ſuis tranſmiſit quas dux citra reſponſum iterum ad regē tranſmiſit.

Dux nunq̄ id negotium apud regem ſollicitari fecerat.

Dux occaſionem bellandi querebat.

Dux multos conſiliarios regis ad ſe irretierat ſed non omnes quando adhuc ſunt qui regi & iuſtitiæ fauent.

Dux in cauſa fuit quo minus conſiliarij regis aduenerint.

Si iniquum eſt controuerſias non tranſmiſiſſe cur dux non animaduertit in conſiliarios regis per quos ſtetit quo minus tranſmiſſe ſunt.

In ſolum regem Chriſtiernum dux factum contorquet, cum tamē omnem diligentiā is naua=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

gem Chriſtiernum totius huius rei commiſſum ac nijcis, & tamen idip=
ſum neq; commiſit unq̃, & ſi commiſit, cum multis commiſit. Cur il=
los igitur non abigis, ſi factum punire non authorem in animo tibi eſſe
poſſit? Sed in patruelem eruenda erat occaſio è medijs tenebris. Con=
ſiliariorum negligentia imo perfidia uerius impune talis eſſe debuit.
Immunes à crimine fuere docti illi & Chriſtiani epiſcopi qui te nũ=
q̃ ad hanc tam iniquam prouinceam inuitauere liberi à prodicione erãt
qui regem Chriſtiernum non exegere. In illos iure nihil dici poteſt, qui
te ſemper tam auerſati ſunt. Merito tu illos in honore habes patrue,
qui nunq̃ didicerunt regis ſui proditores eſſe. Illis utere uero, & do=
ctiſsimis ſermonibus illorum fruere. Sed hoc ipſum tibi tandem perſcri
be, non multo in te fideliores futuros eſſe, qui proprij iuramenti tam
facile non meminerunt. Neq; diu Fridericum paſſuros quos Ioannis me
moria, ut filio adeſſent, non promouiſſet.

IN præiudicium autem Holſatiã ducatus quid commiſimus? An
non uereris hic patrue tam apertum mendacium conſcribere, Scilicet ue
ro quod tu bullatis hic uerbis cõminiſceris dicere non uereris ita eſſe
patrue? Turrim Praſinam quis unq̃ iuſſu noſtro fregerit, neſcimus.
Aperuimus tamen, & literas & indulta tranſtulimus, non inficiamur,
Quid non faceremus enim, cum in rem id noſtram citraq; tuũ præiudi
cium fieret? Neq; enim quod tu comminiſceris eo iudicio fecimus, quaſi
tuum tibi ius antiquari uoluiſſemus. Videbamus quod neq; tu negas tan
to temporum interuallo collocatis nullam operam impendi, iacere ſitu
emarcidæ, & à uermibus et tineis corroſæ literæ, quibus maiorem curã
adeſſe decuit, indulta magnorum Cæſarum & regum beneficio citra
omne diſcrimen permiſcebantur, & quem non prudentem principem
permoueret ea tot egregiorum dyplomatum iactura, niſi obiter ſuccur=
riſsimus, iam tum in compromiſſum conſenſeramus. Volebamus autem
& nos cognoſcere quod iuris haberemus, ut aduerſum te ſi iure agere
uelles munitiores eſſe poſſemus. In Germaniã pro aliquot iuriſperitis
euocandis legaueramus. Conſtitueramus enim tuum ius à noſtro decer
nere, & eam operam iuri tuo colligendo impendere ut tandem inſpe=
ctis originalibus & heredibus noſtris & tuis pariter conſuleremus. An
ne enim equum fuit ut quod noſtrum utriuſq; ius eſſet cognoſceremus?
derogare tibi nunq̃ uoluimus, Teſtari idipſum tu quoq; nunc potes.
nam literas eas & priuilegia quorum nobis tralationem obijcis inte=

gra &

---

uauarit ut controuer
ſiæ mitterentur ſed
ſtetit per cõſiliarios.

ἐξονικῶς

Dux conſyderare de
bet non multo in ſe
mitiores futuros conſi
liarios illos qui regẽ
Chriſtiernum prodi=
derũt q̃ in eũ fuerũt.

In præiudiciũ du=
catus Holſatiæ nihil
commiſſum eſſe.

Quod literæ tra
late ſint non fuit in
præiudiciũ ducis Hol
ſatiæ nullo etiã modo

Literæ & priui
legia deſtruebãtur et
corrodebantur à uer
mibus in Segeberga.

Rex uolebat pri
uilegia illa pro utri=
uſq; comodo uiſitare
unde & pro legiſpe=
ritis miſerat in Ger=
maniã qui examina=
rent omnia.

Rex nõ deſtruxit
priuilegia aut literas
ſed in meliorem locũ
repoſuit in arcẽ Sun
der=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

gra & incontaminata in arce Sunderburgo reperiſti. Illuc enim tranſtuleramus aliquot menſes illorum lectioni imparrituri, ſi idipſum nobis liberum permiſiſſes. Sub quadrageſimam tranſtuleramus, quod tẽpus non diu indictum à te bellum preceſſit: minus autem geſtum, quando prius arma intentaueras q̃ nos ad tam indigna reſpecturum arbitraremur. Id tum conabamur patrue heredibus tuis beneficium preſtare, & hoc offitio oſtendere, quid aggrederemur ad communem noſtrum omnium commoditatem, quæ tam ad te Friderice patrue quã ad nos erat peruentura. Porro hic iterum admirari cogimur, quo id iuditio prodiderint conſiliarij tui quaſi rem admodum imperio contrariam fecerimus, ꝗ literas ex Holſatis in Sleſwicenſem arcem Sunderborgum ad tempus tranſtulerimus. Quid enim hoc ad Holſatiã ducatus incorporationem? aut quid ad ſacri Rhomani imperij præiudicium? Num hic ad Phariſeorum exemplum accedis, in quibus Chriſtus olim reprehendit ꝗ mentum & Anithum & Cuminum decimarent, quæ maiora autem legis eſſent omitterent? Tu magnum imperij præiudiciũ, magnum Cœſaris ludibrium exiſtimas, ꝗ literas aliquot in uicinũ ducatum & qui tibi nobiſcum cõmunis eſt, in arcem à qua hereditatis tuæ pars ne quingentis quidem paßibus diſtat intulerimus, & exiguum putas Cæſaris imperium aſpernari, publicam Germaniæ pacem quæ omnium principum conſenſu promulgata fuit infringere, omnium electorum indicta abominari, cum hoſtibus imperij fœdus contrahere, in idem apertum bellum gerere, ad Francos imperij conſilia preſcribere, ad Ghelriæ ducem milites tranſmittere. Hec apud te exigua ſunt. Illa uero ingentia, literas ab arce in arcem a ditione communi in ditionem communem tranſtuliſſe. Neq; enim in Daniam relatæ ſunt, in eo tu illas ducatũ inueniſti quem priusq̃ pater tuus Illuſtrißimus auus noſter Danicum regum nactus eſt poſſedit, qui tam tuus eſt atq; noſter nequid conqueri poſſes tibi iniuriæ illatum eſſe ꝗ é Segeberga dimotæ ſint. Enimuero bonam iſtam noſtram uoluntatem de te q̃ optime promerendi in eam tu partem inimicitiæ retuliſſe debuiſti? Ita ne tam ſiniſtre interpretari potuiſti officium noſtrum, quo nos diligẽtia noſtra idipſum tibi & heredibus tuis reſtituimus, quod incuria tua plane deperditum & quantum in te fuit inueteratum erat? Emarcuerant literæ uermes partem priuilegijs ademerant & nos ut immundiorem locum conſtituerentur effecimus, quid iſthic indignum eſt aut quid contra Holſatiã ducatus priui=

catus priui=

deborgũ quæ iam ſupra xviij. miliaria à priore diſtat.

Id beneficiũ uolebat rex Chriſtiernus heredibus ducis preſtare ꝗ indulta ea ꝑ utriuſq; parte uiſitaret.

Id quod rex fecit imperio nullo modo cõtrariũ fuit aut Holſatiã ducatus incorporationi.

Fridericus dux Pharyſeos imitatur putat enim magnum eſſe litteras é ducatu uno in alterũ tranſtuliſſe, Indeq; imperio uim illatam eſſe econtra nõ arbitratur imperio uim inferre quum Cæſarem & omnes imperij principes contempnit et inſectatur.

Literæ in Daniam relatæ non ſunt ſed in arcẽ quæ reginæ donatione ꝑpter nuptias obuenerat et que ne quingẽtis milibus paſſuum à ditiõe Friderici ducis diſtabat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

catus priuilegium? Si tibi deperiſſent literæ illæ tum cauſari potuiſſes & in nos tam inſolens crimen impingere, at modo cum loco ameniore in principatu paterno tuo, & ad tempus relata illic inueneris, quid eſt quod merito potes conqueri? Permitte hanc nobis iuſtam querelam quos & regnis & literis exuiſti. Tute quod in medium cum ueritate producas unde comparare tibi poſsis? Quid uero & hoc ad ducatus incorporationem q̃ literæ ab eodem euectæ ſunt? Quid enim ſi bos aut aſinus in Daniam tranſmittatur, ideo ne protinus leſum incorporationis Holſaticæ ius futurum eſt? At qui boue aut aſino Germaniæ fames leuari poſsit literis autem et inueteratis dyplomatis queſumus, quis mortalium unq̃ in eſum uti poterit? O peritos conſiliarios, qui te in id ludibrium adegere Friderice patrue. Nos certe tui miſeret atq; adeo miſeret ſane ut huberiore aduerſum te expoſtulatione agere nõ poſſimus.

Si deperiſſent priuilegia illa aut literæ tunc habuiſſet cauſam conquerendi dux at modo cum ſint integra ſeruata quomodo conqueri unq̃ poſſit.

Iuſta querela eſt regis aduerſus ducem nempe dux regem literis & regnis ſpoliauit.

Nihil ad ducatus Holſatiæ incorporationem q̃ literæ ex eo tralatæ ſunt non hercle magis q̃ ſi bos aut aſinus ex Holſatia diduceretur.

ILLVSTRISSIMVS HOLSATIAE DVX.

EX QVO percepimus, q̃ nobis neq; literæ neq; ſigilla ſeruarentur, neq; receſſus per principes & electores confectus perficeretur, unde in uerum timorem incidimus ita q̃ tandem uitam noſtrã ditionem & ſubditos & precipue conſiliarios noſtros magno in periculo conſtitutos cognouimus. Proinde ex licito metum qui in conſtantem uirum nonnunq̃ incidere ſolet, ut uitam noſtram, ditionem & ſubditos defendere & tueri poſsimus coacti ſumus cũ prenominato patruele noſtro rege Chriſtierno apertum diſsidium in maturis noſtræ ſenectutis annis contrahere & quod optaremus in extraneum cõmiſſum non eſſe, idipſum aduerſus proximum noſtrum ſanguinem conuertere. A quo certe abſtinere uoluiſſemus ſi noſtro in iure uiuere potuiſſemus, & ditiones noſtræ & ſubditi non in tam magno periculo conſtitiſſent.

Germanicæ yn vnſern alten betagten iaren.

ILLVSTRISSIMI DOMINI CHRISTIERNI DANIAE, ETC. REGIS AD SVPRADICTVM ILLVSTRISSIMI HOLSATIAE DVCIS PATRVI SVI ARTICVLVM RESPONSIO.

Ex iſtis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

EX ISTIS SANE PERCIPERE POTVISTI ꝗ tibi neq; literæ neq; ſigilla ſeruarentur neq; receſſus per principes & electores confectus perficeretur, quandoquidem ne perficí poſſet bello preuenire uoluiſti, indecorum tibi duxeras, ſi promiſſum per literas & datam dexteram tuam tempus preſtolareris. Vrgebant mercatores ut maiorem tibi infamiam pararent, ne fidem teneres adeo dilexere te confœderati illi, & fidi ſocij, ut in nobilitatis ludibrium cogerent prudentiſſimum ſenem exiſtimatum, fidei ſuæ renunciare inſtabant, & ſubinde diſtortis ſalibus in te agebant. Prudentiam tuam laudabant ꝗ in patruelem inſurgeres, & corde tamen ſimplicitatem tuam ſubſannabant tam facile à ſe impelli poſſe. Et dubitare potes quin inter fœneratorias tabulas te ſæpenumero traduxerint? quid uero potuere magis efficere, q̃ ut ſacramentum quod nobis preſtiteras, citra ullam tu occaſionem infringeres. Etenim quam potuiſſes uel in nos ſomniare patrue? Nam ꝗ ex illis percepiſſe te ais ꝗ tibi neq; literæ ſigillaue ſeruarentur, quomodo locum habere poteſt? Siquidem in duobus ſolum non obſeruatas literas prius cauſatus es, ꝗ controuerſias feſto Martini non tranſmiſerimus. Et ꝗ undecim milia marcarum ſtatuto die non perſoluerimus. Nam de controuerſijs & ſententia lata inter equites ducatuum noſtrorum, quid aliud potes obijcere, cum tu ipſe plane cognoſcas ante ſubſcriptionem noſtram et & ſigilli appenſionẽ, iudicia illa promanaſſe? Duo igitur ſunt quæ prius diximus. Sed alterum citra conſiliariorum noſtrorum aduentum fieri non potuit. Quominus aduenirent autem tu in cauſa fuiſti, tametſi inuentus & tempeſtates cauſam reiecerint. Diligentiam enim noſtram miſsis ad te, & illorum literis & noſtra excuſatione ante indictum tempus teſtati ſumus, & magno ſane exemplo oſtendimus maiorem nobis obſeruandarum literarum curam eſſe, quum tibi nos toties ad te ſcripſimus, nuncios circumquaq; ad conſiliarios tranſmiſimus. Orabamus, hortabamur ut aduenirẽt, et id facturos ſeſe receperant. quibus in id ſe obligarint, à nobis ad te miſſis potitus es atq; id frequentius, ſed animum tuum non permouerunt. Præoccupauerant enim te quadruplatores illi, qui non ſinebant inescatam mentem, ſanguinis ſui rationem habere. Itaq; ſi obſeruatum compromiſſum non eſt, id tibi patrue non patrueli tuo debes, quando per te effectum eſt ne ad nos conſiliarij nauigarent, quod prius uel ſeduxras uel tua certe authoritas permouerat. Nos quod unum poteramus

Merito dux preca ꝗ receſſus non perficeretur quandoquidẽ bello preuenire uoluit.

Lubicenſium in compellando Illuſtriſsimo Holſatiæ duce nequicia.

In duobus ſolum non obſeruatæ literæ ſunt & hec quominus facta fuerint rex in cauſa non fuit.

Rex toties ad ducem ſcripſit & literas miſit quibus excuſaretur.

A Lubicenſibus dux preoccupatus fuerat.

Cõpromiſſum ꝗ obſeruatum nõ ſit debetur duci Holſatiæ non regi Chriſtierno.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

diligentiam ut uenirent non pretermiſimus. Compromiſſo autem & receſſui quomodo contrauenimus? Num id cautum eſt, q; eaſdem contro uerſias & articulos prius ad deputatos iudices ferri & coram eiſdem declarari pateremur? Deinde uero aut ad diem Martino ſacrum aut ad octauum Kalendas Ianuarias ad te iam declaratos ſubmitteremus. Cũ uero ijdem iudices non aduenerint, & nos tamen magnam operam na= uauerimus, ut aduenirent quomodo coram illis iam expoſitos tibi de= diſſemus? Vides ne à nobis ulla in parte compromiſſo derogatum non eſſe. Iam habebat ut coram iudicibus prius exponerentur, atqui ut non aduenirent iudices ipſe originem preſtitiſti, quanto minus ad id obli= gabamur, quod nobis toties inculcas, nempe ad ſimplicem miſſionem. Examinari debebant. Scrutandum erat, inquirendum erat quid nam de illis iudices ſtatuerent. Et quando hæc emittis Friderice patrue num in animum reuocas, q̃ indigne ad hanc nos promiſſionem compuliſti? Non occurrit enim qualiter cum hanc nobis rem proponeres reſpondimus? Diximus enim audientibus Illuſtriſſimis principibus Ioachimo electore Brandeburgenſi, & Henrico Albertoq; Megapolenſibus ducibus & Henrico Ratzeburgenſi preſule impoſſibile eſſe tam breui tempore utriuſq; regni Daniæ ſcz & Noruegiæ conſiliarios unum in locum conuenire, proinde exiguum aliquot tempus ut aſſumeremus nulla id ratione fieri poſſe. Vrgebas ut tempus indiceremus. Nos autẽ ut in om nibus tibi morem gereremus reſpondimus paratos eſſe nos iam tum ad Noruegiam mittere & omni diligentia curare ut q̃ primũ fieri poſſet, adeſſent. Exclamabas intereà, & id ut fieret noluiſti, querebas enim phariſeorũ inſtar occaſionem qua nos perderes & de occiſo patruele egregium triumphum ageres, in quo uſurarij & fœneratores trium= phalem currũ conſequerentur, & precederent uincti innocentes liberi noſtri & chariſſima uxor tot Cæſarum & regum ſtirpe progenita. Hæc cũ uideremus non admittere te, propoſuimus conditionem aliam. Ne enim exiſtimares facere id iudicio nos ut tibi imponeremus ultro ſponteq; obtulimus nuncios noſtros, cum tuis ituros in Noruegiam ut arbitri à te deputati eſſe poſſent qui animaduerterent an non omnibus uiribus in id eniteremur ut tibi rem gratam faceremus, utq; conuentus indictus omnium preſentia decoraretur. Specioſum erat hoc tibi & di ligentiæ noſtræ non exiguum indicium, & tamen huic petitioni refraga tus es. Neq; uolebas enim nuncios tuos cum noſtris tranſmittere neq; opportunum

Non poterant adueni re conſiliarij unde rex cõpromiſſum ta= metſi uiolẽter extor= tũ non confregit.

Quam indigne rex Chriſtiernus ad com= promiſſum coactus eſt à duce Holſatiæ.

Reſponſum regis ad ducem Holſatiæ cum urgeret ut ad tam bre ue tempus controuer= ſias mitteret.

Dux occaſionem perdendi regis quæ= rebat.

Alia conditio pre poſita duci à rege Chriſtierno.

Obtulit rex ſe miſſu rũ in Noruegiã nũci= os orans ut dux ſuos cũ ijſdem mittere uel let expenſis regis ut teſtatã haberent dili= gentiã regis et noluit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

opportunũ tibi ducebas diligentiam noſtram experiri, quid faceremus
interea nos? Omnem lapidem reuolueramus, ut tu tibi ſatisfactum eſſe
dicere iure poſſes, & noluiſti tamen & hos tam humiles petitiones aſ=
pernatus es, audiuere idipſum preſentes principes, atq; ꝙ non faceres
admirati ſunt. Demum cum egregie patrui munere fungereris idipſum
ut nobis referretur iußiſti uelle te ut diem indiceremus, tibi enim curæ
eſſe quem eligeremus. Nos trepidi & anxij cum ſingulis quibuſq; die
bus audirentur illæ uoces tuorum quibus in nos acriter citra meritum
inuehebantur, quid tentaremus? quid aggrederemur? Viginti forte
quattuor familiares nobiſcum erant, inq; his armatus nullus, uolebas
enim ut inermes omnes ad te ueniremus egregio pretextu quaſi noſtra
tibi fides ſuſpecta fuiſſet, & paruimus nullius mali conſcij uenimuſq;
cum his copijs, quæ uiginti quattuor homines, tam pueros q̃ familiares
non excederent. Adeo innocentiam noſtram uolebamus tibi perſpectam
eſſe. Neq; dubitabamus uero cum tibi centum pedites armati, trecenti
equites preſto eſſent & ſi uelles ad peditum uiginti milia medijs in tu=
multibus ad te uenire tam nudi tam inopes armorum omnium ut fami=
liarium noſtrorum nullus cataphrattus eſſet, ſed pauci illi, qui noſtrum
tantũ numerum abſoluebant gradarijs inſiderent. Ipſe intereà patrue
nocturnam cuſtodiam iuſſeras centum armatis obſeruari, cum tamen con
uentionis locus media in ditione tua eſſet, adeo tyranni eramus ut ad te
medijs in armis uenire non dubitaremus. Accinctus eras, Martem in=
tentare poteras niſi accederemus petitionibus tuis, & horum omnium
teſtes huberrimi ſunt principes illi nequid putes à nobis confictũ eſſe.
Iuſſeras igitur ut tempus illud quod ad diem Martino ſacrum aut ad
ſummũ octauo Kalendas Ianuarias determinabatur acceptaremus, re=
cuſauimus palamq; coram ijſdem principibus proteſtati ſumus tam exi=
guo tempore fieri non poſſe ut ex Noruegia Conſiliarij noſtri aduení=
rent. Namq; id tempus quo tale quid à nobis poſtulabas medio in men
ſe Auguſto erat, quum proxime autumpnus ſequebatur in ſeptemtrio=
nali octauo minime nauigationis patiens, Sed qui inhabitem eam peni=
tus facit. Quanto id minus fieri potuit, ut in duobus menſibus octingen
ta miliaria Danica quæ quatter milia Italica excedunt permetiri po=
tuiſſent, quis enim ſibi perpetuam proſperam auram audebit polliceri?
Aut quis tam demens eſt, qui medio in mari ſepenumero conſyderare
non poßit, ab incepto ſibi itinere diſcedendum eſſe, & in alios ſubinde

Reſpõſum ducis Hol
ſatiæ ad oblationem
regis durißimum.

Rex ſolũ uiginti
quattuor homines ſe
cum habebat & erat
in principatu ducis
qui habebat armatos
pedites centum & e=
quites armatos ad tre
centos, & armatorũ
ruſticorum ad multa
milia quomodo ergo
non aſſentiret dux?

Rex nullum ar=
matum ſecum habe=
bat.

Si tam ingens ty=
rãnus rex fuiſſet aut
ſi alicuius mali conſci
us fuiſſet quomodo
ad ducem ſolus uenire
fuiſſet auſus?

Proteſtatus eſt tũ
rex coram omnibus
principibus ſe nõ poſ
ſe id facere qđ factu=
rũ ſe tunc promiſit.

Impoßibile id eſt
qđ duobus menſibus
quis è Noruegia con=
ſiliarios uocare poßit
etiã ſi uentus ſemper
ꝓſper eſſet quod nun
q̃ factum eſt.

portus nauigandum ubi longiſſimi temporis aura exſpectanda eſt? quo modo igitur tam exiguũ duorum menſium tempus acceptare poſſemus?

> Multa fuiſſe quæ impedire poterant quo minus aduenirent conſiliarij Noruegiæ.

Multa erant quæ impedire poterant, primum q̃ nauigare tutum non erat impedientibus uentis, quæ in autumno longe ſæuius graſſari ſolent atq; minime ſtabiles eſſe ob ſignorum quorundam exortũ, ut natura= les putant, quæ ſuapte natura magnam inſtabilitatem concere ſolent. Oriuntur enim tum Pleiades, oritur Orion, oriuntur Hiades quæ om nia ſydera ut precipue ſeptentrionali Oceano dominantur, ita ambiguũ

> Nullum uaſtius regnũ in Europa q̃ Noruegia.

difficileq; tempus futurum eſt. Sed & hoc magnam uim habet, q̃ in ea Noruegiæ uaſtitate (neq; enim uaſtius regnum Europa habet) conſi= liarij euocandi erant magno à ſe interuallo diſsiti, & ad trecenta ſub= inde Danica miliaria, congregandi. Hæc omnia quõ tu duobus aut tri=

> Vt omnia dubia quæ in mari ſunt omittantur terreſtre iter per Noruegiam ad regni illius conſiliarios duobus menſibus conſici non poteſt.

bus menſibus abſoluere poſſes patrue? Pretermitte uentorum nunq̃ dubiam mutationem. Omitte nullo non die id fieri, ut uenti non ſepe numero immutentur. Non commemora quoties medio in itinere naues ab incepto reuocantur. Quoties aut in alienum littus aut diſsimilem for tunam reflectuntur, id tantum exiſtima q̃ terreſtre iter ex Noruegico portu uix duobus menſibus ad conſiliarios quis dimetiri poſsit. Hæc ſi in animum reuoces quomodo interpretaturus es ſæuitiam tuam, qua tu

> Si dux corruptus non fuiſſet bene miſiſſet aliquẽ nuncium ſuum cum regijs ut idem uideret num rex diligenter faceret quod promiſerat.

ut tam breui tempore tam ingens negocium abſolueremus inſtitiſti? Cur uero, niſi corruptus fuiſſes, tabellarium tuum non tranſmiſiſti? Num ſpecioſa, num digna patruele, ut à te fierent obtulimus? Nuncium uolebamus tuum noſtris comitem eſſe. Id autem quum recuſaueris, quis dubitare poteſt, quin eo id ſtudio omiſeris, ut non tam facile frau= des tuæ hominibus cognitæ eſſent, Aut ne iterum peierares. Siqui= dem mercatorum iugum acceperas? Neq; enim alia conditione omiſiſſe te nobis perſuadere poſſumus. Concilium uolebas indici. Cur ergo ut indiceretur non effeciſti? Imo cur tam impoſſibilia poſtulaſti patrue?

> Impoſſibilia ſe facturum ſub proteſtatione iurauit rex Chriſtiernus quid non iuraret ut qui ad id coactus fuit?

Sciebas ſex menſibus omnium conuentum eſſe non poſſe, etiam ut om= nia optime ſuccederent. At modo, tempore ſi quando alias dubio me= dio in autumpno, ut tibi diem certũ tam breuẽ indiceremus urgere potui ſti? An ne obiecimus hæc tibi? An ne impoſsibilia petere hæc coram deo hominibuſq; proteſtati ſumus? Cogebas tamen interea cum ſimulares curæ tibi non eſſe quem eligeremus diem modo, ad Martinũ ſacrum aut octauũ Kalendas Ianuarias ad ſummum non egrederemur. Val= labas locum. Abſtinebas à noſtro colloquio, Tuũ erat imperium, Nos

anxij, trepidi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

anxij, trepidi, & minime ſecuri, aliaq; re nulla magis quam innocentia noſtra tuti cum uideremus, aliud nil impetrare poſſe, præfati ſumus ad ſupradictos principes impoſſibile eſſe tam exiguo tempore concilium cogi poſſe. Adiunximus poſtquam ad id adigeremur nos omni opera, & diligentia anniſuros, tantũ id requirere, ut cum noſtris unũ aliquem tranſmitteres, aut ſi cum noſtris nolles, premitteres, præſto eſſent dyplomata noſtra quæ ſecum gererent ad conſiliarios omnes. Ne uero impenſas cauſari poſſes, commeatum obtulimus. Et hæc libere omnia. Addidimus, Dubium adhuc eſſe ſi aduenire uellent conſiliarij Noruegiã, Quando illius regni priuilegijs cautum eſt, ne extra ſuos limites in ius trahi poſſint, nauaturos tamen omnem operã dicebamus, ut parerent. Hæc ad te per eos principes arbitros & ſequeſtros relata ſunt, quoniam tu nobis perſentiæ tuæ copiã niſi dum ingrederemur, & diſcederemus (quo tempore illa ultima uerba noſtra habita fuere) nunq̃ facere dignatus es. Abominatus es uero hæc omnia tu, neq; tam iuſtam excuſationem admittere uolebas. Quid plura? Cum uideremus nullũ euaſioni locum eſſe, prius deum & homines proteſtati admiſimus. Tu uero in compromiſſum contuliſti. Hæc ita acta geſta commiſſa eſſe, quemadmodum diximus, conſcientia noſtra, & tua teſtis eſt. Et idipſum trium illorum principum iuramenta aſſerere parati ſumus. Quid tot meandris opus eſt? Coegiſti ad quod natura, legibus, deoq; ferè cogi non poſſumus. Hyeme & Autumpno nauigationem exercere uolebas, quod mutatis deum uicibus temporum uetuiſſe compertum eſt. Conſiliarios ut in ius euocaremus adegiſti, qui ne in ius extra ditionem pertrahantur patrijs legibus cautum erat. Vt tam exiguo tempore tam immenſum iter conficerent, ut tibi polliceremur adegiſti. Et nos ut ita eſſet nulla ratione efficere, nulla occaſione præſtare poteramus, Polliciti ſumus tamen non inficiamur, Sed quod per uim apertam per mortis periculum imo per certiſſimum exitium factum eſt, an ratum haberi leges & iura cogunt patrue? Promiſimus, Quid hoc ad cauſam? Nam & plura promiſiſſemus ſi inſtetiſſes, quorſum enim non moueremur mortis periculo? Itaq; uidendum non eſt, an polliciti ſumus, ſed an polliciti iure potuerimus. Et quomodo polliciti ſumus in controuerſiam uenit, quandoquidem neq; omne quod promittimus, promiſſum eſt, neq; quod iuramus iuratum eſt, Sed definita eſt utriſq; ratio, quam ſi excedant irrita & caſſa ut habeantur, etiam

Reſponſum regis ad tam iniquam poſtulationem ducis.

Attendite Chriſtiani principes ad q̃ impoſſibilem rem dux regem Chriſtiernum adegerit.

Hæc ita acta eſſe tres principes qui aderãt iurabunt.

Ad quæ eo actus eſto à patruo ſuo Rex Chriſtiernus.

Non negat rex ſe p̄miſiſſe, ſed quod per uim promittitur leges irritum eſſe uolunt.

Promiſſio non omnis promiſſio eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

leges iubent. Quid quod & iura uolunt ultimam teſtantis uoluntatẽ, ſi in id ui aut perſuaſionibus doloſis aut pertinacia adactus fuerit, nullam eſſe. Quanto minus decere poſſit ratum id haberi deberi, quod per apertam indubiamq; uim non tam impetratum fuit q̃ extortum? Alioqui, cur ibi præſidia habebas patrue? Cur tot equites? Cur tam ingentem peditum & ruſticorum numerum? Nudi, inermes eramus. Cur times? In ditione tua media eramus. Quam tibi uim intentari poſſe ſomniaſti? Scilicet uero num tibi rex Chriſtiernus patruelis obſes erat? Qui ſi tibi uim intentare uoluiſſet, an putas unq̃ ad te uenturum fuiſſe inermem, & omni penitus preſidio deſtitutum? Et ex hoc tu uiolenter extorſiſti, ut polliceretur, quod preſtari non poſſe aperte proteſtabatur. Voce preiuiſti quid fieri uolebas. Dies illos tute indicebas: Arma, captiuitatem, & mortem intentabas (Namq; ea quæ ſponte & ultro non promittuntur, & ex matura) deliberatione, Leges caſſa haberi iubent, Quis eſtimabit illis promiſſionibus ſtandum unq̃ eſſe? Poteramus uero aliquid inueteratis regni priuilegijs derogare, quæ obſeruaturos, non autem perdituros, prius iurati ſolenniter eramus? Et tamen ut ea infringeremus nos coegiſti, cum ut conſiliarios eo ex regno in ius uocaremus ad definitum ſtatutumq; diem adegiſti, ut interea taceamus, ſi parere uoluiſſent minime id illis ob tempeſtates liberum eſſe poſſe. Age uero ſi in latrones incidiſſemus, atq; iſthic literis etiam datis polliciti eſſemus, eo nos die Romæ futuros, & Ierosolymis, num quia non obſeruaremus, fidem noſtram regiam labefactatam eſſe cauſari poſſes? Quantum porro ab hoc abfuimus patrue? Aut quantum uis tua à latronum malicia differebat? Niſi quod forte in latrones caſu incidimus, In te uero etiam poſt fidem tuam nobis datam, atq; in noſtræ innocentiæ teſtimonium. Cætera omnia latronum erant, Triſtis facies Rarum alloquiũ, minabundi oculi, obtorta ſupercilia, Equorum fremitus, Armorum tinnitus, Satellitum tuorum armati cunei, Equitum inter ſyluas, & dumos delitiſcentes cohortes, Perditorum hominum, manus ad carnificinam excitata (Namq; hoc protextu conſiliarius quidam tuus multa hominum milia euocarat, quaſi cum ingenti agmine ueniremus. Qui non ſupra q̃ uiginti quatuor familiaribus, inque his nullo armato ſtipati ueneramus) obſeſſa itinera, ne quis etiam nuncius elabi poſſet, qui uim aduerſus nos tuam proderet. Audiebantur illæ facinoroſæ uoces. A familiaribus illis noſtris tametſi pauci erant, latrones tui

Aduertite principes Chriſtiani, ſi non fuit uiolenta extorſio à duce regi facta, Siquidem ea, quæ hic ſcribũtur illic adhuc terribilius erant.

Rex Chriſtiernus tametſi promiſit ui adactus nõ potuit tamen promittere, quia erat contra priuilegia regni Noruegiæ unde promiſſio ea caſſa eſt.

Quidam conſiliarius ducis rumorem ſparſerat regem cum armatis uenire qui non niſi cum.xxiiij.inermibus familiaribus uenit, unde multa milia armatorum, erant circumquaq; ad interficiendũ

trones tui uix manus continebant. Noctu diſſonus clamor interdiu merum ſilentium. Superbæ requiſitiones tuæ. Et faſtuoſa reſponſio. Hæc quomodo á latronum conſuetudine differunt? aut quantum inter eſt in illos q̃ in te inuadere patrue? Niſi (quod uti prius diximus) ſponte ad te ueneramus, in latrones autem, ut ſponte inuadamus fieri non poteſt. Deinde fide tua data ueneramus, latrones autem fidem ad ſe ut tuto ueniatur nõ premittunt. Quid cõmemoremus, quod uulgus hominum ait, ſola autoritate principum, qui eſt hic erant coeratum te quominus uim capiti noſtro inferres? Quod tametſi, ut tum res erant ſatis metuebamus, integritatem nihilominus tuam maiorem exiſtimabamus q̃ quæ & in innocentẽ patruelem, & regem, & cui ſacramentum obedientiæ preſtiteras, & cui ut ad te tuto uenire poſſet commeatum prebueras, ſeuire te pateretur. Vt uero nunc res ſe habet, uide ne non ſit omnino falſum uulgi iudicium, quando non contentus es, omnẽ hereditatem citra rationem ademiſſe, niſi & famam inſuper & nomen patruelis omnibus mortalibus inuiſum reddas, Atqui, age, operare, enitere. Non euinces. Siluimus ad maledictiones tuas, & ad illas tam diu occalluimus. Nunc tandem in harenam tecum prodiuimus. Iure age, Reſponde, Num hæc ita acta ſunt? Num is ordo, ea rerum geſtarũ eſt ſeries? Et tamen omnem operã in id contulimus, ut conſiliarij aduenirent. Confœderati tui Lubicenſes, dum hæc tractaremus, citra indictum bellum, totum Balthicum mare Pyratica infeſtum reddiderant, ſinus, & portus ita obſeruauerant, ut impoſſibile eſſet, progredi aut nauigationem exercere, & tamen his in periculis non omiſimus, quin in id omni diligentia conaremur, quod per uim tibi polliciti eramus, Non quod fieri poſſe id crederemus, ſed ut tu teſtatam haberes diligentiam noſtrã, neu exiſtimares in animo nobis non eſſe ius tibi tuũ permittere. Omniũ Daniæ conſiliariorum literas quibus ſe excuſabant ad indictum tempus tranſmiſimus, ut plane teſtaremur ad nihil tam iniquum à te cogi poſſe nos, ad quod non omnes uires impenderemus modo patruum eſſe te recordareris. Quæ cum talia ſint nihilq; inſeruerimus, quod non confeſtim coram omnibus regibus & principibus teſtari parati ſumus, nonne uidere potes, nihil eſſe, ob quod literas & ſigilla non obſeruata eſſe cauſari poſſis? Literæ obſeruatæ non ſunt. Per uim tu illis potitus es. Impoſſibilia factu continebant. Et quantum in nobis fuit, obſeruatæ ſunt. Quid ultra? Sigillorum rationem non

fidendum regem parata, unde eodem modo in ducem rex incidit atq; in latrones incidimus, niſi q̃ dux fidem dederat latrones autem non dant.

Vulgo fertur quod dux occidiſſet Chriſtiernum regem, niſi ad fuiſſent illi tres principes, id dicunt tam inimici q̃ amici ipſius ducis, Et poſteriora declarant ueri ſimile eſſe.

Dum hæc tractarentur ex profeſſo Lubicenſes confœderati ducis, ut reditum regis procluderent totum mare Balthicum obſederant.

Nihil hic inſertũ eſt, quod Rex Chriſtiernus non ſit paratus coram omnibus regibus & principibus Chriſtianis, probare teſtimonio principum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

onem non habuimus. Citra rationem extorſeras, fieri non poſſe, ut obſeruarentur. aſſertum a nobis erat. Et ut rationem haberemus nihil pretermiſimus, quod & conſcientia tua teſtatur, neq; inficiari poſſunt uiolenti illi predones, qui te tam inique in nos armauerunt.

Tametſi undecim milia Marcarum minime ad tempus perſoluta ſint non fuiſſe tamen rationem bellandi duci Holſatiæ.

SVPEREST ut tametſi minime undecim markarum milia perſoluta ſint, non tamen cum ratione queas literas non obſeruatas eſſe, conqueri. Quando & per nos non ſtetit quominus non amplius conqueri poſſes, & negocium Andreæ Gelaubo dedimus, ut eam tibi ſummam perſolueret. Demum & arces & nobiliſſimos uiros obſides obtulimus, ut uel eo officio tibi ſatisfactum eſſe teſtari poſſes. Amicas ad te literas ſcripſimus, quibus precabamur ne hanc in nos culpam retorqueres, obtulimus longe precioſiora, quanq̄ id ipſum quod tibi debebatur magno precio excederent, quomodo ergo quantum in nobis fuit literæ obſeruatæ non fuere? Comparetur nunc utriuſq; noſtrum factum.

Conſyderate hanc cōtrarietatem factorum Chriſtiani principes, & admirabimini alterius benignitatē alterius inhumanitatē.

Tu impoſſibilia expetebas. Nos in ea quæ facta eſſe nequicrunt, tametſi fruſtrà, omnibus tamen conatibus anniſi ſumus. Ob hæc, quia abſolui nequierunt tam cruentum nobis bellum intuliſti. Nos ne cum ſanguine noſtro ciuile bellum gereremus in exilium conceſſimus. Tu cum ſolemniter iuratus eſſes indictum conuentioni diem te recipere, diu prius mortem intentaueras. Nobis cum tam iniqua proponerentur, refragari nunq̄ tamen in animo habere potuimus. Tu domi tuæ quietus ſedebas medio in principatu tuo, & ut ad nos pro tractatu uenires induci non potuiſti. Nos cum ſciremus id tibi militum adeſſe ad te inermes uenire nunq̄ ueriti ſumus. Nos te amice, ut patruelē decebat, inuitauimus. Tu ut patruum non decet regem Chriſtiernum intractabilem hoſtem uocas, & tamen uideri uis magno in periculo fuiſſe, cum ad te tam amice tranſcriberemus, cum tam patruelice de te ſemper loquuti eſſemus. Non pudet iſtorum? Vbi audita uox noſtra qua tibi interminati ſumus? Qua conſiliarijs tuis aut ſubditis tuis graue aliquid minaremur? Vbi uiſæ copiæ quas aduerſum te conduximus? Vbi fœdera noua ferijmus? Vbi hoſtiū clientes effecti ſumus? Vbi cū imperij hoſtibus pacem fecimus: Et tamen aliquid horum priuſquam timere aut tibi aut tuis potuiſſes agendum erat, nobis ne non in uanum timere poſſes. Proh dolor, Fridericus patruus inermen patruelem timet, qui cum armatis patris hoſtibus non dubitat in tam nefandam conſpirationem animum adijcere. Fridericus ſupplicem patruelem inſidiarum arguit,

Promat dux, ubi audita ſit, uox regis male de duce ſentientis ſi poteſt.

Hæc facta ſunt ducis & tamen à rege timendum ſibi fuiſſe ait, dum nouis ſe fœderibus alligaſſet.

qui tot

qui tot indignis modis proditus nunq̃ ultionem meditatus eſt, & iſte ſane eſt licitus metus, qui in conſtantem uirum nonnunq̃ cadit, iſte eſt, qui te adegit, ut bellum nobiſcum capeſſeres. Timebas enim uitæ tuæ, timebas ſubditis tuis & præcipue conſiliarijs. Nobis enim præſto erãt, multa armatorum milia. Conſiliarij noſtri non deſciuerant, integra erat omnium fides. Claſſem paratam habebamus. Cum francis conſpirauerarmus, cum Lubicenſibus & maritimis urbibus, fœdus ferieramus. In caput tuum familiares tuos emercati eramus. Liberis tuis & uxori mortem intendaueramus. Vnde ergo non timeres Friderice patrue? Arces & munitiones noſtras oppignorare tibi nolueramus, quod literæ ad nos tuæ poſſunt euincere, & nonne hic metus ſatis ingens ob quem uitam tuam, ditionem tuam, conſiliarios tuos, & omnem plebem aduerſus nos defenderes? Nonne ſatis ingens occaſio ob quam in maturis etatis annis apertum diſſidium cum patruele contraheres? Magna ſane & nimiſq̃ ingens. Maturus eras, Nihil non maturum facere potuiſti, Senex eras, In te iuuenilium cupiditatum illecebræ cadere non potuerunt. Patruus eras, in te ſanguinis ratio ineſſe ſemper comperta eſt. Noluiſſes enim in extraneum, tamẽ quid intentare. Quanto minus in ſanguinem tuum niſi te adegiſſet. Diomedea neceſſitas. Namq́; in iure tuo uiuere non poteras. Subditi tui in magno periculo conſtiterant, & hæc omnia, nonne tibi pulchra uidentur, quæ debeant inſeri? Pulchra ſane ſunt. Nam licite timere poteras. Cadit enim ea affectio in conſtantes ſubinde uiros ne mirum uideatur ꝙ, & te eum in modum affecerit. Et audis hæc patrue? Et legunt ſordidi ſanguiſugæ, qui te tam miſere traduxerunt. Qui te in totius orbis fabulã conuerterunt? Quo enim iudicio hæc ſcripta ſunt in magno timore conſtitutum fuiſſe te. Deinde ut uitam & ditionem defenderes arma corripuiſſe? Quis eſt mortalium, qui non intelligat ſecus dicta eſſe, atq; illi nomine tuo in Epiſtolam inſeruerunt? Cur nos timeres? Cur bellum à nobis illatum iri crederes? Arces noſtras oppignorare tibi uolebamus, uix ſeſquimenſe priusq̃ tu nobis bellum indixiſti, & cur hoc obtuliſſemus quæſo, ſi in te arma conuertere in animo fuiſſet. Scz tam uecordes eramus, ut noſtra tibi præſidia traderemus, ſi minima aduerſum te bellandi cogitatio menti inſediſſet? Cur nobiliſſimos uiros obſides offerebamus, quorum fida opera egregie uti potuiſſemus ſi bellum magis q̃ concordia placuiſſet? Tam ignari omnium bellorum ſumus? Tam re-

εἰρονικῶς

Ad id quod dux ait, ad defendendam uitã ſuam ſe bellum ſuſcepiſſe, Attendite hanc Ironiam principes.

O egregia uerba ducis qui ſe & ſubditos in timore conſtitutos fuiſſet ait.

Nullus hominum non intelligit ridiculũ eſſe quod dux inſeruit epiſtolæ pro uitæ ſuæ defenſione ſe arma corripuiſſe.

Probatur manifeſtiſſime rex non uoluiſſe duci bellum inferre.

Rex arces ſuas uix ſeſqui menſe obtulit priusq̃ dux illi bellum indixit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Rex obſides duci obtulit, quomodo ergo bellum uolebat?

Deinde etiam ſi rex uoluiſſet bellũ aduerſus ducem erat illi inpoſſibile propter Suecorum et Lubicenſiũ rebellionem.

Rex in ſubditos ducis non fuit exacerbatus, ut inde poſſit dux argumentum deſumere ſe uoluiſſe defendere ſubditos ſuos

Regem nulla in parte iuri ducis derogaſſe, ſed auxiſſe etiam.

Ad arborem ſecuris iam poſita eſt, Deus futurus eſt huius cauſæ iudex.

Liberum eſt duci regem inuidia apud omnes homines aſpergere, Rex autem ad deum, qui omnia melius cognoſcit prouocat.

rum omnium militarium imperiti? Sed ætatem tamen in his contriuimus, ne ita exiſtimes caruiſſe prudentia nos, ut ſi bellum cordi fuiſſet protinus, ut oportuna tibi preſidia traderentur effeciſſemus. Parte altera cum iam rebellaſſet Suetia obſideretur Stocholmus terra undiq; et mari. Lubicenſes Elſingorum maritimam urbem magna claſſe inuaſiſſent. Spolia undiq; coacceruarent, Pyratica totum mare infeſtum redderent, exhauſti tot bellis eſſemus, quomodo aduerſum te bellum potuiſſemus machinari, quippe qui alijs impares eramus non ignorabamus à tui acceſſione locupletatis, longe maius negocium nobis adfuturum. Quomodo ergo timorem intenteremus tibi patrue? Quomodo ditioni tuæ grauia minaremur? Quomodo in ſubditos exacerbati eſſemus? Aut quid hi commiſerant, qui te ducem fuerant proſequuti? Ridicula hæc ſunt, ſi comminiſcare tanto magis minime ferenda, ut paſſim prodeant. Ius tuum tibi ſemper inuiolatum permanſit. Cur cauſaris ergo in eo non potuiſſe uiuere te? Qua nos in parte iuri tuo derogauimus? At auximus uero ſemper idq; præcipue nouiſſimo tractatu dum nihil niſi ex utriuſq; partis conſenſu iudicatum iri admiſimus. Auximus, dum quod Cæſaris munificentia beneficium conſequuti eramus id tibi & heredibus tuis remiſimus, iſtud ſi iuri tuo derogare potuit, quid tandem fieri poteſt, quod idem promoueat? In extraneum uoluiſſes hunc impetum conuertere. In patruelem tamen decorum exiſtimaſti, ſi maturi ſenij uires experireris. Experiare uero nam ad arborem ſecuris poſita eſt, radicem ferijt. Propone deum futurum cauſæ noſtræ iudicem apud quem neq; proditores illi, qui te ſeduxere, neq; quadruplatorum auaritia, qui tibi impoſuere ullum unq̃ locum habituri ſunt. Illic innocentia noſtra aperta erit. Liberum nunc eſt ſubſannare. Liberum eſt calamitates noſtras in opprobrium uertere. Liberum eſt hoſtem inexpiabilem, & ut tu adhuc loqueris illeſum appellare. Chriſtiernũ regẽ patruelẽ tuũ, qui ſi omni humano auxilio deſtituatur, caue ne diuinum defuturum arbitrere. Cuius reſpectu neq; opes tuæ, neq; auxilia tua, neq; maturum hoc ſenium tuum aliquid eſt. Confringit enim gladium fortium & potentiam potentum comminuit

ILLVSTRISSIMVS HOLSATIAE DVX.

EX QVO etiam dilectiones ueſtræ facile percipere poſſunt, quod nos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

quod nos ſolum ex magnis rationibus & cauſis patruelis noſtri & extrema humana neceſſitate in tale bellum compulſi ſimus.

ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI, Daniæ etc. regis, ad ſupradictum Illuſtriſſimi Holſatiæ ducis patrui ſui articulum RESPONSIO.

MAGNAE SANE RATIONES FVERE, quas prius expreſſiſti, ex quibus omnes facile percipere poſſint, iure adactum fuiſſe te, ut cum patruele in apertum bellum deſcenderes. Imo uero ex quibus omnes percipere poſſunt q̃ ab omni ratione bellorum abhorreas niſi unica aut libido regnandi aut auaritia, pro ratione ſumatur. Nam cauſæ, quas hic preſcripſiſti, nullæ ſunt. In preiudicium Holſatiæ nihil fecimus. Furcæ erectio ſomnium eſt, atq; ut erecta ſit, nihil ad te, & pudet ſane refricuiſſe tam ineptum uulnus & tamen hoc poſterius, mirum quantam tragediam excitat, quantam tyrannidis notam nobis inurit, quaſi eo id ſtudio fecerimus, ut triſtius aliquid patruo intentaremus. Cum ad hunc uſq; diem nihil tale ſciamus factum eſſe, quale tu comminiſceris, atq; ut ita ſit nihil penitus nobilitatem tuam leſam eſſe conqueri poßis, non hercle magis q̃ ſi publicum latronem cum uideres ad ſupplicium duci, in tui ludibrium confeſtim arbitrarere factum eſſe, quod in illum iudices animaduerterent. Iudicium latum inter equites non tam ingens malum eſt, ut protinus bello uindicari debeat, ut taxamus iure latũ eſſe nondum obſignato compromiſſo. Deinde gratificum id fuit beneficium noſtrum cum tibi id concederemus, quod hactenus eo in genere nemini datum fuit. Tum cum ad id æquitatis cauſa duceremur, quam omnino omiſiſſe non oportuit. Certe quod in illam ſemper proni fuerimus, tot regnis nobis conſtitit. Vndecim milia marcarum, quod ad tempus perſoluta non ſint, quanq̃ omnem laborem, ut perſoluerentur nauauimus, & arces & obſides obtulerimus, ſi digna ratio eſt, ob quam patruelis a patruo, tot regnis ſpoliaretur, ceteri iudicent, & haberis tu certe in numero eorum, qui ſua ob cupiditatem proſtituerunt, audieſq; id uelis nolis unũ hac tempeſtate eſſe te, qui ob ſeptem florenorum milia ſanguini tuo excidium interminatus ſis, patruelem exegeris. Totum orbem tumultibus

Ex rationibus ducis omnes percipere poſſunt nullo iure adactũ fuiſſe ducẽ ut cum rege bellum gereret.

Epilogus omnium obiectorum ducis.

Alia reſponſio ad erectionem illam furcæ ſomniatam.

Alia ratio de iudicio lato.

Rex ob iuſtitiã expulſus eſt, Nam ſemper illius rationem habuit, quod illi tot regnis conſtitit.

Alia reſponſio de undecim milibus marcarum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Rsx ad duas hebdomadas poſtea perſoluturum ſe recepit illa undecim milia marcarum, & interea offerebat obſides nobiles uiros & arces.

Rex fatetur hanc culpam, ſed non debuit tanti eſſe apud ducem ſtatuto tempore 7000 florenorũ nõ perſoluiſſe, ut protinus ſanguinem ſuum occideret.

impleueris tria regna à ſacramento legitimo auerteris, ſtirpem tuam diffamaueris, Nobilitatem quadruplatoribus ob ſeptem milia florenorum uendideris. Hæc fuit tam ingens pecuniæ ſumma, ob quam patrueli mortem intentaſti, ob quam paulo ſerius perſoluendam forte ad hebdomadas duas, cum interea & arces & obſides habere poſſes, totam Germaniam ciuilibus diſcordijs inuoluiſti. Sacratiſſimi Cæſaris ſororem chariſſimam coniugem noſtram donatione propter nuptias ſpoliaſti, Liberis noſtris inſontibus inſidiatus es. Hoc ſolum crimen diluere non poſſumus. Verum eſt enim perſoluta non eſſe, ſeptem florenorum milia, niſi forte interpretari quis uelit a nobis perſoluta eſſe, quum mandatum, ut perſoluerentur fecerimus, demũ quum reſciſſeremus perſoluta non eſſe, excuſationem miſerimus, arces & obſides obtulerimus. Ceterum noluimus amoliri culpam. Fatemur minus bene factum eſſe, quod perſoluta non ſunt. Interq́; ea quæ nobis obieciſti in hoc ſolo ſuccumbendum nobis eſſe cognoſcamus. Sed hoc ad cauſam tuam nihil pertinet patrue. Neq; enim digna occaſio oblata erat, ut iure bellum capeſſeres, quod ad præfinitum tempus pecunia Theſaurarij incuria, perſoluta non fuerit, Solent enim, qui bellum meditantur feciales præmittere. Res repetere. Illi demum ſi uiolentius habeantur, aut hæ repetitæ non reddantur, tum demum legitimam ſibi occaſionem conceſſam putant, quare ui id ipſum nanciſcantur, quod ultro ſponteq́; acquirere non potuere.

Dux ſummam cã nõ repetiuit, quod tamen in bello fieri debet.

Dux cõfeſtim ubi ſumma ea perſoluta non fuit bellum geſsit tametſi non tam cito indixit, Nam ſeſquimenſe geſſerat priusquam in dixerat.

Tu autem Friderice patrue, quando ad nos fœciales tuos res repetitũ miſiſti? Quando quod perſoluta non ſint ea aureorum milia conqueſtus es, niſi cum bellum inferres, niſi cum indiceres, & confeſtim geſſiſti tu quidem: indixiſti autem poſt ſeſquimenſem. Prius ſane neq; fœcialem miſeras neq; res repetiueras. Tantum abeſt, ut negatæ tibi fuerint. En egregiam occaſionem, tam cruentæ diſcordiæ. Iſtud Chriſtiani eſt patrue officium? Controuerſias ad te mittere non potuimus, quod & aperte proteſtati ſumus. Priuilegias & indultis quæ ex Segeberga delata eſſe conquerebaris potitus es, & nos ad utilitatem tuam tranſtuleramus.

De controuerſijs alia ratio.

En capita rerum, quæ ſi digna ſunt, ut cum publicanis aduerſas nobilitatẽ conſpirares tute perpende. Hæ ſunt ingentes illæ cauſæ & bellorum rationes aduerſus patruelem aſſumptorum adquæ te maxima, quæ homini accidere poteſt, neceſſitas impulit. Alias enim neq; uiuere poteras, neq; iure potiri poteras, neq; tua tibi ditio incolumis & ſalua remanebat.

Conſyderas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Conſyderas uerborum lenocinia? Quid dicturi ſunt reges & principes, qui contextus tui rationem & iudicium ſunt exercituri? Num ſpecioſa hæc ſupremam neceſſitatem. Humanam neceſſitatem aut ſi mauis que homini poteſt accidere in ludibrium tuum conuertent & contumeliam? Apertum eſt enim q̃ ad id ne minima quidem te ratio impulerit, tantum abeſt, ut ſuprema & pluſquam Diomedea neceſſitas. Ita illudunt honori tuo nebulones illi qui hæc nomine tuo euulgarunt. Illorum tu dementiã ſi prudens fuiſſes perpeti non debuiſſes tã impune graſſari, ut libello edito palam facerent ſimplicitatem tuam, ne enim auaritiam, & dominandi libidinem dicamus, ius patruelis uetat, qui equior tibi longe eſſe mauult q̃ ipſe ſpecimen equitatis tuæ edidiſti. Neq́; uero cauſa hæc noſtra dicimus. Longe enim melius nobiſcum egiſti. quod accuſationem aduerſus nos tuam euulgari paſſus es, quã ſi hactenus ſuppreſſa fuiſſet. Quod pleriq; longe maiores tibi nobiſcum ſimultatis rationes eſſe exiſtimauerint, qui ubi tua hæc faciali diligentia perpenderint. Viſuri ſunt quædam quæ de nobis dicuntur uera non eſſe. Ne quid magis addamus, quandoquidem commendari non cupimus niſi ut commendari poſſimus iure efficere potuerimus.

ILLVSTRISSIMVS HOLSATIAE DVX.

VNDE petimus & amice requirimus. ſi forte à prænominato patruele noſtro, & hoſte rege Chriſtierno ſcriptis & petitionibus queruloſis alioue ullo modo ad conſilium conſolationem ſuppetias, & auxilium requiſiti fueritis, ut eidem nullum locum nullamq́; fidem detis neq; illius petitiones promoueatis. Neq́; ut ueſtri ſubditi id faciant admittatis, ſed potius noſtri uos miſericordia ob ingentes tribulationes ſuppeditationes, ſubiectiones, & inimicas intentiones amice Chriſtiane propenſeq́; tangat. Idipſum erga dilectiones ueſtras ſyncere promereri uolumus. Et officium agnoſcere illiusq́; ſempiternam memoriam habere. Datum in obſidionalibus caſtris ad Hafniam ſexto die menſis Iulij. Anno domini .M. D. XXIII.

Ridiculum quod dux ait, ob ſummã neceſſitatem ſe cõpulſum fuiſſe, Germanice, hochſtẽ menſchlichẽ not.

Quã ridicule nebulones illi ducis conſiliarij illius ſimplicitatem traducerunt.

Rex Chriſtiernus gaudet, quod dux librum aduerſus eum euulgarit eo quod iam notũ fiet utriuſq; ius prius tantũ multi exiſtimabant longe maximas rationes eſſe ducã ob quas bellũ gereret quas in hoc ducis libello ſane deſyderabunt.

ILLVSTRISSIMI DOMINI CHRISTIERNI
DANIAE, ETC. REGIS AD SVPRADICTVM
ILLVSTRISSIMI HOLSATIAE DVCIS
PATRVI SVI ARTICVLVM
RESPONSIO.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Egregia petitio ducis qua omnẽ fidem regi petit derogari.

Rex non petit fidem duci derogari in his quibus illi fidẽ adhiberi poſſe, reſponſiones Illuſtriſſimi regis patiuntur.

Rex Chriſtiernus hoſtis nomẽ nunq́; tribuit patruo ſuo Holſatiæ duci.

Rex Chriſtiernus patruum non prouocauit, Neq́; prouocabit etiam unq̃, ſed laceſſitus unq̃ deſinet reſpondere.

Ex quo dux fidẽ petit regi derogari magnum argumentũ colligitur iuſtæ cauſæ regiæ alioqui ſi iniuſta cauſa regis eſſet debebat dux petere ut audiretur rex non autem repelleretur

Rex Chriſtiernus omnes principes precatur, ut patruo ſuo Holſatiæ duci fidem adhibeant ſi iure uincere poſſit.

DIGNA certe quadruplatoribus & publicanis petitio, qua tu omnem nobis fidem derogari petis Friderice patrue. Nos ſane ſi iure agere potes nullam cupimus fidem tibi derogari. Petimus à regibus, & principibus ab omni ſtatu conditioneq́; hominum, ut omnem tibi locum ius tuum proponendi tribuant, omnem tibi fidem ſi uincere iure potes adhibeant. Tantum abeſt, ut hoc maledictionis genere tecum contendere uelimus. Quorſum enim pertinet, quod tu regem Chriſtiernum hoſtem uocas, qui ne hoc te nomine uocare deberet hactenus ſiluit? An credis honorificum id eſſe tibi, quod regem Chriſtiernum hoſtem eſſe tibi arbitrere? At is tamen eam tibi nuncupationem nunq̃ tribuit. Neq́; enim uult, ut aliquando dictura ſit poſteritas: Chriſtierni primi regis fortiſſimi, & prudentiſſimi ſobolem, eo in ſe odio debacchatam eſſe. Tibi liberum remittimus, ut mille nominibus, mille conuicijs nos laceres. Neq́; reſpondebimus enim tibi niſi ſi quando ſilere nos rei indignitas non patiatur. Prouocabimus autem minime, neq́; permittemus intereà, ſi quo modo poſſimus, ſenio tuo ab ignauiſſimis proditoribus ita illudi. Quorſum & hoc, quod nullum locum nullamq́; fidem nobis dari tanto uerborum apparatu depoſcis? Hic tam cecutiunt proditores tui, qui ad hæc tam ridicula ſimplicitatem tuam pepulerunt, ut non uideant quantum hac una petitione ſuis partibus detrahant? Atqui ſi nullam eſſet nobis aduerſum te ius aut ſi probe conſcius eſſes quã indigne tecum egiſſemus, cur derogari nobis omnem fidem depoſceres? Veritatem adeo latere tu poſſe unq̃ exiſtimaſti? Aut quod epiſtolam citra rationem tua magna cum infamia, noſtro autem maximo cum gaudio euulgaris, ut nobis omnis confeſtim fides derogetur protinus rere futurum? Falleris autem & deciperis patrue. Num audiſti aliquando tu ueritatem palmæ arbori ſimilem eſſe, quæ quando fortius deprimitur, tanto maiori mole ſurſum enititur? Vt occulatur, ut deprimatur omniũ in nos principium conuerſione efficere conatus es. Fruſtra autem hæc omnia patrue, uincet enim uolente nolente te, & fraudes iniquorum in totius orbis theatrum exponentur. Nos omnes principes precamur, ut tibi fidem adhibeant ſi iure uincere poßis. Sed conſcius es rerum tuarum patrue. Noſti q̃ nulla occaſione niſi unica dominandi libidine in nos impetum conuerteris. Noſti ſi ius audiatur in eo tibi ſuccumbendum eſſe. Id indicant egregij articuli tui, quibus occaſionem qua nos expuliſti præſcribis. In quibus ſi quid eſſe poſſit, quod

tyrannidi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

tyrannidi iſti tuæ occaſionem prebere potuerit reliqui omnes mortales exiſtiment. Sed ut optima tibi fuiſſet nos exigendi ratio, an tu protinus in nos omnes principes omnem populum excitare debuiſti? Quis hoc tibi perſuadere potuit, ut tam execrabili odio ſanguinem tuum proſequereris, ut apud principes & populum nullum illi locum reliqui eſſe uelles? Quem uero unq̃ tam impium fuiſſe legiſti, cui non aliquis locus ab hoſtibus permiſſus ſit, in quo miſeram uitam ſuperuiuere, liberum non illi fecerunt? Fac tyrãnum ſceleratiſſimum, perfidiſſimum, fallaciſſimum, nequiſſimum, crudeliſſimum, Finge Buſiride, Phalari, Dyoniſio Siculo, Tarquinio Salmoneo Mezentio deteriorem. Finge reliquos omnes quorum memoria apud omnes homines ob infandiſſima, quæq; execrabilis fuit pre rege Chriſtierno patruele tuo bonos eſſe, Sanguinis nihilominus tui rationem eſſe decuit eam apud te patruum, quæ illis fuit tyrannorum exactoribus. Siquidem & Dyoniſio Corynthus permanſit. Tarquinio, Hetruria. Mezentio, Laurentes. Neq; uero, ut ex his pellerentur, Tametſi infanda perpetrarant elaboratum eſt. Nos cum in te nihil indignum commiſerimus, officium uero noſtrum iactare etiam poſſumus, qua audes fronte, ut nuſq̃ audiamur nuſquam conſolationem nuſquam ſuppetias nanciſcamur requirere? Adeo te rerum ignorantia libido inuaſit, ut extincto rege Chriſtierno patruele tuo per ſceleratiſſimum nefas occupatas ditiones. Libere tibi ceſſuras arbitrere? Minime uero. Minime Friderice patrue. Neq; enim deeſſent, qui mortui cauſæ patrocinarentur, quando fieri non poſſet, ut non omnia in lucem tandem proditura ſint, & partæ per ſcelera dictiones eadem facilitate amittantur. Cum præſertim neq; tam iniqui aduerſus importunitatem tuam fuerimus. Principio dum non admodum magnum duceremus eſſe, quod filius tuus Chriſtiernus compromiſſo in quod nos adegeras ſubſcribere noluit. Ad quod tamen ille obligabatur tua etiam ex pactione, ut minime uideri mirum poſſet ſi quæ in nos minime obſeruata contorqueas eadem à nobis ratione dilui poſſe, quum primum illi pactioni non ſtetiſſe, te facile poßimus euincere. In eo enim totus diſceptationis cardo uerſabatur, quod operæ precium eſſet, & a te confirmari compromiſſum, & ab heredibus tuis in eum tenorem acceptari. Quod cum ne perficeretur per te ſteterit, quis idipſum etiam ſi non amoliremur nobis uicio uerteret? Deinde cum totum Holſatiæ ducatum in uſum tuũ donec iure negocium tranſigeretur

obtulimus

Vt optima fuiſſet Holſatiæ duci regem Chriſtiernũ exigendi ratio non protinus debebat omnes principes in eum prouocare.

Nullus unq̃ tyrannorum tam impius fuit cui non permiſſus ſit, aliquis locus in quo uitam miſeram contereret, exempla ſubiunguntur.

Rex Chriſtiernus nũq̃ iniquus fuit aduerſus importunitatem cã compromißi.

Iunior dux Holſatiæ non ſubſcripſit compromiſſo quod tamen cautum erat, ergo perfectum cõpromiſſum non fuit proin ad id non obligabatur rex.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

obtulimus, ſi pacem non bellum expetiiſſes. Poſtea cum totam ſeptentrionalem. Intima eadem conditione. Deniq; cum omnem cauſam noſtram Holſatiæ nobilitati determinandam relinquere propoſuimus. Hæc oblata tibi ſunt, tanti uolebamus conſtare nobis pacem ſi tibi eam acceptare cordi eſſet. Sed induratus eras: Induxerunt te publicani illi, qui ut auro genus tuum uenderes, ut proderes, ut interimeres conduxerunt: Induxerunt proditores illi mitrati ſcortatores, qui te religionis, protextu in nos tam acerbe inſtigauerunt. Quid uero quod prius diximus facere nos uis patrue? Si principes nobis infeſtos reddis ſi Cæſarem, ſi regem exacerbas, ſi cum quadruplatoribus omne in nos hominum genus paßim excitas excußis iniquiſſimis libellis, & confectis decem milibus mendaciorum, quæ omnia iure diluere poſſumus. Animos tamen hominum in priſtinam integritatem redigere non poſſumus. Deum tandem equitatis iudicem aduerſum te interpellabimus. Coram hoc cauſam tibi reddendam huius perfidiæ, quod ſacramentũ noſtrum exueris, ꝙ uxori, ꝙ liberis innocentibus, ꝙ nobis mortem intentaueris ꝙ tot regnis quæ tua non ſunt ſpoliaris, ꝙ omnem populum in periuriũ deduxeris, ꝙ Cæſarem principeſq; omnes, ꝙ equum, ꝙ ius contempſeris, quod tot impudenter & contra conſcientiam tuam inſerueris, quod mitratis illis ſcortatoribus tam imprudenter acceſſeris, ꝙ lenonibus authoritatem maiorum malorum perpetrandorum prebueris, ꝙ hoc in maturo ſenio tuo non reſipiſceris, quod tuis contentus non fueris, ꝙ citra meritum hoſtem tu patruelem tuum uocaueris, ꝙ omne ius contempſeris, ꝙ uiolenter citra rationem in compromiſſum nos adegeris, quod nobilitatem publicanis pecunia proſtitueris, ꝙ ad ignauiſſimos ad ſordidiſſimos, ad auariſſimos homines contra ſanguinem tuum deſtiueris, ꝙ in fratrem tuum omne hominũ genus promiſcue commoueris, quod per uim omnia attentaueris, quod nihil principum definitioni, nihil illorum authoritati tribueris, De his rationem reddendam eſſe tibi, cognoſcito. Ius & equũ hactenus contempſiſti. Illis ſi adhuc ſtare uis nos tibi liberũ permittimus parati ſumus enim in tã iniqua, ut tu putas, cauſa noſtra, omniũ principũ iudiciũ omniũ hominũ cenſurã admittere. Id nũc aperte corã omnibus atteſtamur. Deus faxit, ut in ſaniorẽ mentẽ redeas quando nos eſſe hoſtes tibi, qui nobis hoſtis es nolumus patrue, Vale.

SCEPPERVS

Regis oblata ſi dux à bello deſiſteret donec cauſa iure determinaretur.

Illuſtriſſimus Holſatiæ dux ab uſurarijs & mitratis ſcortatoribus inductus noluit tam ſpeciosis oblationibus factis ſuam cauſam iuri committere, ſed animos hominum confictis iniquiſſimis intentionibus traducit & auertit.

Rex Chriſtiernus ex quo ius adhuc conſequi non potuit corã deo ius ſuum tandem conſequetur.

EPILOGVS totius cauſæ.

Rex Chriſtiernus palam ſe offert hic ſtaturũ iudicio omniũ regum & principum.

Rex Chriſtiernus duci hoſtis eſſe non uult tametſi dux illi hoſtis eſt, Comparetur utriuſq; modeſtia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

SVMMARIVM

EORVM, QVAE IN EPISTOLA ILLVSTRISSIMI DVCIS HOLSATIAE AD SACRVM CAESAREVM REGIMEN TRANSMISSA CONTINENTVR QVOD IN NVRNBERGAM NORYCORVM CONVENERAT.

ANNO DOMINI M. D. XXIIII.

ILLVSTRISSIMVS HOLSATIAE DVX.

INTELLEXIMVS QVOMODO *Illuſtriſſimus princeps patruelis noſter atꝗ; apertus inimicus, Dominus Chriſticrnus quondam Danorum rex nos coram ſacra Cæſarea maieſtate, & illius regimine, & illuſtriſſimo principe Domino Ferdinando principe Hiſpaniarum Archiduci Auſtriæ, adiunctis ſimul alijs aliquot electoribus & principibus ſacri Romani imperij: & conqueſtus eſt tanꝗ nos cotra ius & omne æquū regnis Daniæ & Noruegiæ, deinde ducatibus Sleſuuico Holſatia & Stormaria illum ſpoliauerimus, & ui abſtulerimus. Vnde à ueſtra maieſtate, Veſtriſq; dilectionibus, & alijs pro conſolamine auxilio, & ſuppetijs inſtiterit, utꝗ; nos apertos hoſtes Romani imperij, & illius contemptores declararemus, petierit. Sed & ueſtras dilectiones aduerſus nos incitare conatus ſit. Ex quo ergo hæc à patruele noſtro tam inique in nos fiunt, interea emiſimus aliquot articulos, quibus oſtendimus, & qua ex ratione in tale bellum coacti ſumus perſcripſimus, Tametſi plures adiungi poſſe ſciebamus per quos taliter a nobis emiſſos fidem facere poſſimus, Quos quidem ad ueſtras dilectiones, his literis appoſitos tranſmittimus. Ex quibus. V. D. facile intelligent, ꝙ ſupraquā ꝙ paternæ nobis hereditates interceptæ ſint finaliter etiam patruelis noſter modum perſcrutatus ſit, quo nos ut Holſatiæ duces ex ſacro Romano imperio cogeret, & abſciſum membrum illius faceret, & ſubextraneam nationem deduceret. Quod in ſimili aduerſum confœderatos noſtros Lubicenſes, & alias maritimas urbes, elaboratum eſt. Quapropter nos adiunctis ſupradictis, qui omnes in*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ſacri Romani imperij limitibus continemur diu citra conſolationem permanſimus & ſub ſacro imperio, & Germania natione tutari nos, quemadmodum à maioribus noſtris accepimus coacti ſumus, quo etiam modo accedente diuino auxilio in hunc uſq; diem perſtitimus. Vnde nulla uis aut uiolentia patrueli noſtro illata nobis tribui poteſt, ſed longe magis.

ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI DANIAE etc. REGIS AD SVPRADICTAM PARTEM EPISTOLAE ILLVSTRSSIMI HOLSATIAE DVCIS PATRVI SVI AD CAESAREVM REGIMEN TRANSMISSE RESPONSIO.

MERITO ſane intellexeras patrue id unum moliri nos. Quandoquidem iure agere ſemper uolumus non, quemadmodum tu facis, aperta ui citra equum & iuſtum, qui quo tempore in iudicium deberes deſcendere, arma induis & cum mulieribus & inſontibus bellum geris.

Rex non negat ſe inſtitiſſe, ut hoſtis Romani imperij dux declararetur ſiquidem id meritus erat.

Inſtitimus ut Romani imperij hoſtis declarareris idipſum ſi promeritus eras cur non eniteremur in Talionem non quamadmodum tu agis uitæ tuæ aut liberis tuis inſidiaturi, ſed ut hoc timore tot maximos principes aduerſum te excitandi in ius pronicr fieris, atq; in eo ageres án tibi iure deberent, quæ per uim tam inique abſtuliſti, Quod ſi in cauſa ſuperior eſſes parati eſſemus in perpetuum cedere, & ab omni nos hominum conſortio uindicare. Sin minus autem cauſa eſſet, ob quam imperij hoſtis dicereris, dubium eſſe non poteſt, quin neq; idipſum, ut promulgaretur principes admiſſuri eſſent.

Expoſita à rege corã principibus.

Et expoſuimus nos ea quidem, quæ arbitrabamur cauſæ noſtræ apud ſeueriſſimos iudices patrocinatura, qualiter nos regnis, qualiter principatibus exueras, & uere expoſueramus, quod & tu modo negare non potes.

Ducem non docuit genus illius cũ innocentibus et mulieribus bellum ut gereret.

Exuiſti enim & chariſſimam coniugem noſtram, quæ ſi quid aduerſum te promeruit, cur non exprimis. Id te docuit clariſſimus pater tuus, idemq; auus noſter Chriſtiernus primus, prudentiſſimus & fortiſſimus princeps? Id te docuit genus tuum, quod nunq̃ cum innocentibus ſemper autem cum uiris tam ſtrenue uires exercuit? Hæc obij-

ciebamus

debamus tibi patrue. Neq; enim latere uolumus, quæ palam publiceq;, ut proponerentur inſtitimus. Cauſabamur in te ius & equum, quod ad ius prouocantem patruelem aſpernareris. Quod ſi hic lubet recenſere Lernam illam malorũ, quam nunq̃ poteris interimere: facile fieret, ut colores tuos hic tibi ſubijceremus ob quos non meritus eras modo imperij, ſed omnium regum & principum totius orbis capitalis hoſtis declarari. In illud quidem multa commiſeras plurima. Nam & hoſtibus uires ſuggeris, & omnes principes abominaris, & imperij feudum citra rationem à ueris heredibus alienas & contra imperij edictum publicam Germaniæ pacem primus infringis. Quod ſi uero communi imperij conſenſu indictum erat, ut qui primus bellũ citra imperij conſenſum capeſſeret is ſtatim banni imperialis, & interdicti reus haberetur, cum hæc omnia feceris, cur ex præfixo in id non elaboraremus, quod citra omnem excuſationem tyrannide tua promerueras? In omnem nobilitatem id commiſeras, quod regem, quod patruelem, quod de te ſemper tam optime meritum interimere uolebas, quod innocentibus liberis mortem interminatus eras, quod chariſſimam coniugem noſtram donatione propter nuptias ſpoliaueras, quod citra occaſionem, regem expuleras, quod aduerſus nobilitatem cum publicanis & fullonibus conſpiraueras, quod illis ſub ſignis uilis transfuga mereres, ſub quibus optimi quiq;, quadruplatores ſunt. Nolumus omnia recenſere. Nam & apertum hoſtem neſcimus, quomodo eum uocari poſſes, qui tecum iure poteſt contendere. Sed tu quidem, ut eam à te culpam amolireris, aliquot articulos tranſmittere te ais. Et gaudemus ſane, quod tam ingenioſos ad prudentiſſimos principes emiſeris, quando facile apertum erit, quam equa in cauſa elaboraueris. Reſpondimus enim his ſe tamen ut reſponderi illis deberet, promerebamur. Nam anilia nugumenta erant, quibus oſtendebas impudentiam tuam. Libet enim & tecum apertius loqui, ex quo apertos hoſtes nos uocas. Iudicabunt hæc & ridebunt homines, & inſatiatam auaritiam tuam admirabuntur, quid promouerimus non referemus. Liberum enim erit perlegere. Certe unum uoluimus, Nempe & articulos, & epiſtolam tuam in unum manipulum colligere, & quemadmodum tu articulos epiſtolæ, ita nos reſponſionem reſponſioni adiungere. Plures uero ſi tibi præſto ſunt, quos poſſis adiungere, cur non euulgas patrue? cur non emittis? Non deprecamur enim. Neq; tibi fidem derogare uolumus, quod ut nobis

facile poſſet oſtendere rex, ducem meritũ eſſe non modo imperij ſed totius orbis declarari.

Cauſæ ꝓpter quas meritus erat, dux ut imperij hoſtis declararetur.

Cauſæ ꝓpter quas dux meritus erat totius orbis hoſtis declarari.

Dux uocat regem apertum hoſtem cum tamen rex poſſit iure egregie cum illo contendere.

Reſponſio ad id, quod ſcribit dux ſe tranſmiſiſſe articulos illos impreſſos ad principes.

Dux dixit plures eſſe ſibi ſi uellet unde peteret rex, ut euulget ſi quid habeat & oſtenditur nihil habere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ſiat nullos conatus pretermiſtis. Sat tuti ſat immunes ſumus innocen
tia. Tu illam nullis articulis labefactare poßis. Macheram tuam non
ueremur plumbeam illam, & Luteam. Longe fortior Vrbina domi
nobis eſt. Atqui uide, cui facere fidem poßis plures tibi domi tuæ eſſe,
qui adhuc nullum producere potuiſti e quo leſum te iure conqueri poſ=
ſis, ne quid amplius dicamus. Nam ſi in omnibus inde tyrannidis tuæ
& inhumanitatis ſpecimen adijceremus non admodum aduerſum ue=
ritatem eniteremur. Siquidē et id euicimus prius, & ſi plura requiris
nondum tam deſerati ſumus, ut non facile ineptijs tuis tragulam inijcere

Solutio omnium quæ à duce Illuſtrißimo regi obijciuntur.

queamus. Illis rationibus tu bellum intuliſti, quæ cum nullæ ſint tute
perpende nondum conſtitiſſe tibi, cur bellum committeres niſi ob unicam
regnandi libidinem & infamem propenſitatem, quam aduerſus om=
nem nobilitatem conceperas. Paternam enim hereditatem non tibi un=
quam abſtulimus. Reſpondimus enim longe quam tu obiciſti diligentius
& uerius. Refragari ſi potes in medium prodi, age. Cauſam commit=
te iudicio. A ſacro Romano imperio alienare te, neq; uoluimus neq;
potuimus unq̄. Impudens mendacium eſt & cui pridem diu reſpondi=
mus. Iudicia illius ſi quæ habeas, quæſo committe, ut producantur.
Impudenter enim ut multa comminiſcare quis prohibere poteſt tantum
euincere ipſa non mentiri te. Sin minus omnem ueritatem tua tibi impru
dentia adimere poterit. Siquidem & nos ſi in animo haberemus ioca=

Nunquam dux probare poßit id ipſum quod regi obijcit.

ri tecum multa comminiſci poſſemus, falſa illa quidem ſed tamen ad mi
ſeros animos irretiendos ſat idonea. Verum ſi quando in iudicium uo
cares nos tum demum noſtram nos impudentiam proderemus. Idip=
ſum nunc tibi ſane continget, quando oſtendere id nunq̄ poteris, quod
ut apertam in nos inuidiam conātes propoſuiſti. An uero ad id allude

Reſponſio ad id quod dicit dux regem uoluiſſe illum ab imperio alienare.

re uelis, quod à Cæſare pridem impetrauimus, nimirum, ut à nobis eos
ducatus in feudum ſuſciperes? Atque beneficio noſtro id conſequutus
es, ut quod Cæſaris munificentia nobis elargita erat, idipſum tibi remit
teremus. Neq; uero tametſi non remiſiſſemus ab īperio abalienare uo
luimus te, quando quidem familiæ noſtræ id Cæſar non omnibus pro=
miſcue Danorum regibus conceſſerat. Atq; ut alijs ſubinde contuliſſet,
quid hoc ad nos, quod illius ſacra Cæſarea maieſtas elargitur? Et
non conſyderas interea tu quo hæc iudicio ad Cæſarem tranſmittis?
Neſcis enim dum hæc prodis quan tum illius nomini, quantum iudi=
cio detrahas? Conceſſit enim ut feudum illud nobis cederet. Hoc ſi in=

quum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

quũ eſt, ille iniquũ fecit, quid ad nos culpæ huius preiudiciũ? Vi non anniſi ſumus. Neq; potuimus uero urgentibus tot grauibus bellis tale quid moliri. Atq; ut omnibus defuncti fuiſſemus, cũ ĩperio tamẽ impar nobis dimicatio futura erat. Quid ad hæc reſpondes? Num fœdus nũ francis contra imperium contraximus? Sed nolumus idipſum iterum refricare. Nam imperij membrum illud tuum, & ſub nobis membrum eſt. Cæſareum illi ius permittimus & permiſimus. Iudicij appellationem, Cæſari non derogauimus. Ad nationem extraneam, Tu Danos putas neq; conferre uoluimus, quando neq; illorum tam ingens erga nos meritum fuit. Neq; iſtorum tam ingens demeritum & commiſſum. Voluimus igitur alienare te, & ſane ſi uerum eſt hoc, uoluimus quod perficere non poſſumus. Veſtræ uobis uires maiores ſunt. Iudicium prebuiſti cum publicanis tuis, quos tamen egregius preco eiuſdem culpæ conuictos defendere conaris. O egregium patrocinium Caſcus Caſcum? Holſata Lubicenſes, & hi Holſatam. Egregie ſane quod in finibus Romani imperij conſtituimini, quid hoc ad negocium? Ideo iuris uobis unq̃ ratio derogata eſt, quod in finibus & limitibus habitatis? Siquidem neq; tam uaſtum eſt Romanum imperium, ut non queat ubiq; iuſticiam ſubminiſtrare. Neq; tam imminentes uobis hoſtes habuiſtis, ut magni interfuerit, ſi ſuppetiæ ad uos non tranſmitterentur. Sed noſti, quos nunc patronos habes Friderice patrue? aut ſi mauis quorum tu nunc patrocinium ſuſcepiſti? Tu quomodo illos, qui ſeſe non cognoſcunt, qui terræ filij ſunt, cognoſcere poſſis? Non pudet fullonibus ſanguinẽ tuum coniunxiſſe? Non pudet coriarijs acceſſiſſe? Quos non conuertere, non in meliorem uitam reuocare unq̃ queas? Quid illi agunt interea queris. Sane ſi nobis credas, admirantur ſtulticiam tuam, quod te eo adegerint, ut illorum tu uiolentiæ patrocinere, & pro ſordidiſſimis quadruplatoribus egregius princeps & prudentiæ titulo commendatus corpus, honorem, famam, & nomen obijcias. Eadem ais cauſa Lubicenſes & confœderatos adegit. Sed tua iniquiſſima eſt, illorum iniqua. Neq; mirum enim ſi nos odere, qui nobilitatis hoſtes, ſemper ex profeſſo fuere. De te magis mirandum eſt, quod ea illis ſocialitate acceſſeris, quod ſi omnino eadem tibi cum illis et par ratio eſt, oſtendis ſane cauſæ tuæ ſemper abominandam iniuſticiam. Namq; ut illi à bello deſiſterent pena bis mille librarum auri puri indictum erat. Non paruere tamen imperio. Nam tecum fœdus cum francis Ghelriſq; fe-

Holſatiæ & Stormariæ ducatus etiam ſub rege imperij membra fuere quã rex eoſdẽ à Cæſare in feudum ſuſceperat.

Nihil ad rem quod in finibus Romani imperij ſint dux & Lubicenſes.

Pudere ſane debet, Holſatiæ ducem tam ſordidis nebulonibus acceſſiſſe.

Si par cauſa eſt Lubicenſium & ducis quod idem ait ergo eidem pene 2000 librarũ dux ſubiacet.

cere, ut minime mirum uideri poßit, ſi illorum tu nunc rationem habe=
as, qui tuã alias cauſam ſunt defenſuri. Id non docuere te maiores tui,

Lubicenſes non curãt quibuſcum bellum gerant modo aliquid lucrari poßint.

ut cum nobilitatis hoſtibus conſpirares, ut cum mulieribus & pueris
bellum gereres. Sed bene didicerunt idipſum confœderati clientes tui
quos parum ea res permouet. Neq; enim curæ illis eſt, quibus cum
contendant modo aliquid auaritiæ adijciant. Diuino auxilio factum
cis, quod in Romano imperio tam diu permanſeritis. Sed ueſtra nequi
tia factum eſt, quod ab illo iam pridem aperte deſciueritis, & cum
Francis duraturo fœdere, etiam uires coniunxeritis, & imperij inter=
dictum abominati fueritis. Hic profuſi non erimus, neq; hac de re

Breuiloquentia.

longum ſermonem protrahemus. Nobis enim alia conſuetudo fuit, ut
breuißime ſemper in animo dicere habeamus, atq; id iure quidem

Lubicenſibus interdictum fuit ne cum rege Chriſtierno bellum gererent.

bonis enim cauſis breuiloquentia ſufficit. In alijs uero ne myriades qui=
dem uerborum. Itaq; ſymplici queſtione querimus, num interdictum
Lubicenſibus fuit ne nobiſcum bellum gererent, ſed iure cauſam ſine=
rent determinari? Reſponde patrue. Interdictum fuit, cur non obſer=
uarunt? Non obſeruarunt, igitur & penam debent. Videlicet è duo=

Aduerſus ducem hæc omnia quõ citra cauſam bellum uoluit.

bus alterum eſt, ut fateare, aut doceas interdictum non eſſe, aut ſi inter
dictum eſt, deſinas tuam cum illis cauſam coniungere. Tu uero nonne
nobis duo regna ademiſti? Ademiſti. Iure ergo ademiſti? Opus eſt, ut
oſtendas. Oſtendere non potes, Nam cauſæ quas tu proſcribis nihil ad
uerſum nos faciunt, Ergo iure non ademiſti? Videlicet enim alterum è
duobus doceas neceſſe eſt, Aut non ademiſſe te, aut iure ademiſſe. Ade
miſti autem, Iure ergo, quod ademeris oſtendendum eſt. Id facere non

λακωνικῶς τὰ παντα

potes, iure ergo non ademiſti. Quid hic longis ambagibus opus eſt?
Corrupere te illi ſordidi & barbari homines, & aureis cathenis uinc=
tum ad ſe pertraxere. Tu teſtimonium prebes. Nam & illorũ parti=
bus te ingeris, & tuas cũ illis fortunas coniunxiſti, & illorum nomẽ et
fama tibi pluſquã tua aut liberorũ tuorũ curæ eſt. Nũ aliquãdo tã ſpecio
ſa obtulimus tibi tres ducatus, Aquilonarẽ Iutiã. Cauſæ determinationẽ
ſubditis tuis donec iure controuerſia cõponeretur? Obtulimus uero, Be
neficiũ autẽ ne erat hoc? Erat. Cur ergo non acceptaſti? Non acceptaſti
autem, igitur & bellũ tibi curæ fuit. Bellum expetebas igitur. Non ergo

Nihil petijt unq̃ dux à rege quod non fecerit quantũ in ſe fuit.

tibi uim inferre meditabamur. Alioqui, neq; ducatus, neq; Iutiam, ne=
q; arces obtuliſſemus. Prodi nunc dicaſq; quam à nobis rem expetieris
quam non acceperis? Volebas ut beneficium quod à Cæſare conſequuti

eramus tibi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

cramus tibi remitteretur & remiſsimus. Volebas, ut concilium indice=
remus, & indiximus. Vt iterum in diſceptationem uocarentur, quæ
prius indubitata eſſe literis tuis aſſeruer.is, & conſenſimus. Quod ſi
quid dicere potes, quod a nobis inquantum potuimus conſequutus non
ſis ne milleſimam quidem partem meritos eſſe nos qua digni ſumus a=
perte fatebimur. Sin minus, aperte fatearis oportet à nobis tecum op
time actum eſſe, a te nobis peſsime. Hoc enim tu officiū rependiſti, hanc
parem gratiā meritis erga te noſtris retuliſti. Ex damnis noſtris diues
effectus es, ex modeſtia noſtra ſuperbus. Ex patientia, intollerabilior.
Quod ſi aliquis ad te uenerit, atq; hoc tecum ſermone uſus fuerit.
Regna iſta, quorum titulum tibi uendicas cedo unde acqueſiuiſti. Num
quemadmodum Iohannes frater aut Chriſtiernus auus in ea aſſumptus
eſt, ita tu illa citra uim aut dolum malum uendicaſti? Nimirum aut ſce=
lerum tuorum prudens mentieris aut ueritatem faſſus auaritiam & libi
dinem tuam confiteberis. Quod ſi quis propius uenerit, & dixit.
Regna hæc cedo quomodo tibi oblata ſunt, & per quos à uero rege ab
alienata? Tunc certe ſcortatores epiſcopos, & quadruplatores fullo=
nes, Lubicenſes publicanos, niſi dixeris per quos oblata ſint, alios non
habebis, quos enumerare poſsis. Hic te offendi nolumus, rerum e=
numeratione primum, quod alias neq; modeſtia noſtra ab opprobrijs
tuis defendetur, neq; ſimplicitas tua minus nota fiet, niſi quomodo illi
te ſeduxerint expoſuerimus. Ad hæc ne fieri quidem poteſt, ut nomi=
nis noſtri rationem habeamus, niſi quantum nos leſeris in medium ad=
ducamus, & ſubijciamus ea uiciſsim, quæ ad plagæ nobis inflictæ re=
medium pertinent. Scilicet ais enim Lubicenſibus, & tibi periculū ſem=
per à regibus Danorum imminuiſſe. Sed pater tuus rex fuit, frater rex
ab his ergo periculum imminuiſſe ducatibus tuis neceſſum eſt, ut fateare.
Et de fratre quidē nō dubitamus, quin idipſum aſſerturus ſis, ita ſangui
nis tui ſtudioſus ſemper fuiſti, In patrem autē neſcimus, an id crimen re
ferre poſsis. Ais autem nullam uiolentiam tibi attribui poſſe, ſed nobis.
Cedo uero, quis nos expulit? Num tu Friderice? Expellere au=
tem uiolentū eſſe non ducis? Nos uero an te expulimus? minime. Vter
ergo uiolentus fuit? Rurſus. Mortem nobis num attentaſti tu? At=
tentaſti. Et hoc minime uiolentum eſt? Ad hæc Hafniam, quis octo
menſibus obſedit? Num tu? Ita enim. Et hæc uiolentia non eſt? Li=
beros, uxorem noſtram, quis in exilium egit? Num tu, & hanc

A rege duci optime ac
tū eſt à duce regi peſ=
ſime.

και το ἄυλο λακω
νικῶς

Non debet dux offen=
di libertate ſermonis
huius ob rationes quæ
ſubijciuntur.

Reſpōſio ad id quod
ait Lubicenſibus &
duci ſemper à regibus
Danorum periculum
fuiſſe.

Reſponſio ad id quod
ait dux nullam uiolen
tiam ſibi ſed omnem
regi attribuendū eſſe.

uiolentiam,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Reſponſio ad id quod ait dux regem uoluiſſe illi malū inferre.

uiolentiam, uiolentiam eſſe negas? Breuiter reſponde. Vxorem noſtram quis donatione propter nuptias ſpoliauit? Tune? Spoliaſti. Atqui ſi hæc uiolentia non eſt, quæ demum talis erit? quid hic ſermone opus eſt. Nos uero tale quid unq̄ intulimus tibi patrue? Minime. Sed uoluiſti dices. Verum hoc probare debes patrue. Nec enim ſatis eſt uoluiſſe nos dicere, niſi indicia, quibus id uoluiſſe conuinci poſſumus in medium producantur. Illa uero, àn tibi præſto ſunt. Præſto uero habemus quibus omnem à nobis ſuſpicionem amoueamus. Dic enim

Si bellum duci rex uoluiſſet inferre non obtuliſſet illi munitiones ſuas.

ſi bellum uoluiſſes, munitionem tuarum poteſtatem illi in quem bellum meditatus eras, feciſſes? Minime dices. Sed num hæc tibi obtulimus? Num parati eramus, ſi pacem acceptares. Intima aquilonarem, arces, oppida, uicos, munitiones donec iuris cauſa determinaretur tibi tradere? Voluimus. Parati eramus. Num obſides ſi bellare uelles hoſti traderes? Nequaq̄. Patruelis autem tuus rex Chriſtiernus nonne obſides tibi obtulit, quibus ſe recepit confeſtim uoluntati tuæ ſtaturum ſe? Obtulit uero. Nam litteras noſtras habes. Acceptaſti uero tu? Non acceptaſti.

Dux cum Ignobilibus & Mercatoribus aduerſus nobilitatem conſpirauit.

Bellum igitur uolebas non ille. Hic Laconicæ tecum agimus. Adiunge. Qui ſunt qui cauſam tecum communem habent? quibus hic patrocinaris. Lubicenſes. Quale uero eſt hoc hominum genus? Mercatores ſunt ais. Mercatores uero, ſed humani? Hic ſites. Nam probe cognouiſti quo modo extranei Germani & Dani mercatores Lubecæ habeantur. Age rurſum. Generoſi ſunt, nobiles ſunt? Minime ais ſed probi. Hic de probitate non dicimus, ſolum àn generoſi, & nobiles ſint inquirimus, Minime dicis, Cum ignobilibus ergo & plebeis &

Lubicenſes Elſyngorum urbem in Dania exuſſerunt quo tempore cūducæ rex erat.

mercatoribus fœdus iniiſti. Iniiſti uero, Iterum, Quis eſt quem hoſtem uocas? Rex Chriſtiernus, In quem conſpiraſti? in hunc. Cum mercatoribus ergo in ſanguinem conſpiraſti. Demum qui ſunt qui Elſingorum urbem noſtram, dum tecum colloqueremur exuſſerunt? Lubicenſes ſunt. Et hi num tibi confœderati fuere? fuere uero, Nam non longe poſt cum illis arma coniungiſti, & prius aliquantum, ab his ſollicitatum eſſe aliquot principibus faſſus eras. Violentiam ergo, mediam parte feciſti tu. Confœderatus autem cum his es. Sed tu illos àn hi te in partes traxere? Si tu illos quæ ſumus quãta fuit illa libido tua, ut aduerſum genus tuum, fullones tu & publicanos ſollicitares? Quod ſi illi te. Cedo quanta auaritia tua, ut tu cum publicanis & deceptoribus, nobilitati ex profeſſo bellum inferres? Sed audiamus depingentem te factum tuum

Indignum ſane factum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

tum tuum, & quomodo facti culpam amoliaris tute animaduerte.

ILLVSTRISSIMVS HOLSATIAE DVX.

QVOD *uero regnum* Daniæ *acceptauimus, coram deo* .M. V. D. V. *& alijs omnibus factum excuſare poſſumus.* Patruelis *enim noſter ob malum regimen, quod in ſubditos exercuit ſpoliatus eſt, nos autem aſſumpti & in regem electi, atq́; eo modo idem regnū cum firma appellatione & titulo & fundamento, quod iure fieri poteſt, per uoluntariam electionem & aſſumptionem eorundem ſubditorum nobis, ut regi colatum eſt, & ad nos deſciuerunt.* Arces, *& oppida nos admiſerunt.* Tametſi *ad ea pondera, laßitudinem & labores in maturo ſenio noſtro, percipue cum patruele noſtro, tam magno duraturoq́; bello contendendi, grauatos nos & difficiles inuenere.* Vertamen *dum eligeremur per coēs ſtatus regni* Dania *aperte nobis ſignificatum eſt, niſi id regnum acceptaremus futurum eſſe, ut alium regem & dominum, ut regem* Francorum, Angliæ, Poloniæ, Scotiæ, *aut* Gheldriæ *in regem ſuum eligerent.* Ex *quo nobis & heredibus noſtris perpetua ruina, & Cæſareæ maiaſtati perpetuum detrimentum, idq́; apertum ipſiq́;* Romano *imperio eccreuiſſet.* Hæc *cum prenoſceremus coacti ſumus ad ſalutem regni, & requiem hereditatum noſtrarum conſyderantes alias, quando in timore, laßitudine & grauamine conſiſtremus, id regnum ſub protectionem & gubernationem ſuſcipere, quemadmodum dilectiones ueſtræ & alij ex adiuncta* Danicorum *ſtatuum annotatione ſub illorum ſigillo (quam quidem longe maluiſſemus modo per promißionem licuiſſet pretermiſiſſe, & ſane aperto dolore & commiſeratione afficiamur, propterea, quod talia de filio fratris noſtri in lucem proferentur) ad longum intelligent.*

Germaniæ *mishande lunge.*

ILLVSTRISSIMI DOMINI CHRISTIERNI DANIAE, ETC. REGIS AD SVPRADICTAM EPISTOLAE AD CAESAREVM REGIMEN TRANSMISSE PARTEM RESPONSIO.

EXCVSARE QVIDEM POTES, VT TIBI *& cofœderatis tuis uidetur factum tuum coram deo, aut qua id*

Coram hominibus putat dux factum ſuum defendi poſſe cæterum coram deo non.

 fronte ex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

fronte excuſari poſſe audes dicere? Num preceptum habes, quo ut alienam rem expetas mandatum tibi eſt? Quod ſi magno id precepto uetuit Chriſtus, qua tandem ratione eo in iudicio defenderis, in quo non quid ſcortatoribus illis uiſum eſt, ſed quid Chriſtianum hominem decuit iudicabitur. Coram ſacratiſsimo Cæſare, ꝙ ſororem tam turpiter abegeris, ꝙ donatione propter nuptias ſpoliaris, quod citra illius mandatum aliena inuaſeris, quod fratrem & ſororium, patruelem autem tuum interimere uolueris, In exilium egeris, nomen famamq; illius tam indigne traduxeris. Neq; enim tam malum regimen noſtrum fuit, ut tu ais patrue, ut nos pudere poßit, ſiquidem meliorem rerum a nobis geſtarum rationem reddere non poſſemus, quam tu uiolentiæ tuæ poßis aſtuere. Hæc uero neq; miranda ſunt tibi, qui idipſum non ignoras, ſed uoluiſti rem gratam facere aduerſarijs noſtris ſcortatoribus & lenonibus illis, deinde et cauſæ tuæ patrocinium acceſſurum confidebas, ſi malum regimen noſtrum citra probationem magna tamen cum calumnia noſtri inculcares. Tametſi nihil ad te quales uixerimus. Peccatores enim ſumus & infirmi, atq; hac ſubinde, atq; illac impellimur, quod ſi operibus tuis tantum confidas age contemplare pedes tuos, & quæ tu commiſeris perpende, Si ab omni culpa immunis es, fer mus à te iudicari. Sin autem, deſine feſtucam in oculo fratris aſpicere. Quid uero ad te regimen noſtrum? Ideo ne protinus malum futurum eſt, ꝙ lenones illi malum eſſe predicarunt? Enimuero ſi impurißimorum hominum authoritas ſatis efficax eſt ad uitam hominum denigrandam oporte atq; cum ſceleſtißimarum beluarum iuditio confeſtim ſingulum quemq; talem eſſe, nonne & Chriſtus protinus talis cenſendus eſſet, qualem illum ſcribæ & phariſæi depinxere? Non igitur regimen noſtrum malum eſt, quod illi malum putant, & tu malum uocas. Sed ſi res ita ſeſe habeat, tum demum ut malum uocetur promeruit. Atqui niſi illorum factorum excuſatione in palinodiam adigamus ſpurios illos, & infames proditores, ſane ita, ut depingantur curabimus, ut citra meritum, neq; lenonum, neq; ſcortatorum, neq; ſpuriorum: citra rationem, neq; proditorum, neq; beluarum nomen attributum illis uideri poßit. Nobis adhuc, neq; ius deeſt, & conſolatur innocentia conſcientiam. Quo fit, ut omnium à nobis geſtorum rationem coram omnibus regibus & principibus, reddere parati ſumus. Et quod tu malum regimen uocas, idipſum coram omnibus hominibus exponere non moramur. Neq;

Regis Chriſtierni tam malum regimen non fuit, ut pudere nõ poſſit, ſiquidem meliorẽ rationem rerum geſtarum reddere non poſſet quam dux belli.

Nihil ad ducẽ qualiter rex Chriſtiernus uixerit paratus eſt enim rationẽ reddere.

Dux ſi immunis à peccato eſt iudicet regem.

Regis Chriſtierni regimen non ideo malũ eſt quia illi malum uocãt, oſtendet enim ſufficienter in libro, qui aduerſũ Danos quoſdam eſt qualiter uixerit, Imo iure contendere de regimine ſuo cum omnibus hominibus paratus eſt.

Rex Chriſtiernus nõ ideo iure ſpoliatus eſt ꝙ de facto ſpoliatus eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

mur. Neq; ideo enim iure ſpoliati ſumus, quod uiolenter tu nobis regna ademiſti. Alioqui oporteret & ſacrilegum & furem excuſari, ſi factum iuri, ut derogaret fieri non poſſet. Nunc uero plurimum intereſt, qualiter & nos ſpoliati ſumus, & tu introductus es. Iniuſte enim, & uiolenter ſpoliati ſumus. Tu iniuſte & uiolenter non tam introductus es quam te ingeßiſti. Neq; tam aſſumptus es & electus, quam in nobilitatis tuæ ludibrium accitus, ut cupiditatis tuæ ſordidißimis nebulonibus fidem faceres. Id ſi iure fieri poteſt patrue, atq; ut illorum quæ tua non ſunt inuaſor iure eſſe poßis ſtulti ſumus, qui hanc rem, quaſi iniuriam grauem nobis illatam eſſe dicamus toties retractemus. Sin autẽ tyrannũ uocant, qui in aliena temere citra rationem ſeſe immiſit, egre hoc ferre non debes patrue, ſi eo te nomine urgente indignitate donemus. Si enim tu nobis iratus es, quia hæc tam uera ſcribimus eaque tu audire cogeris, quanto putas maiorem nobis indignationem ſub eſſe, qui hæc à te perpeßi ſumus, & ſi inter audiendum toto corpore fremis, quanto maiorem dolorem nobis eſſe credis, qui hæc ſuſtulimus? Nos itaq; ob malum regimen fuimus eiecti. Atqui eiectos fuiſſe non infidamur, neq; hoc incõtrouerſiã reuocamus, ſed àn iure eiecti fuerimus in controuerſiam uenit. Neq; enim quiſquis pulſus eſt, iure pulſus eſt, neq; quiſquis eiectus, iure eiectus eſt. Proinde duo hic agenda ſunt, Sed alterũ in Danicam reſponſionẽ reiecimus, nempe iure expulſos non eſſe nos. Alterũ, nempe te ſi probus fuiſſes non debuiſſe ea regna acceptaſſe, conſequens eſt, ut et tu fateare. Sed obtulere ais regnum, cur non acceptaremus? Alijs regibus ab imperio alienis tribuiſſent, cur non magis imperij principes acceptaremus? (Nam & uidemus hac quoq; in re te gloriam & gratiam uenari, quod probe tibi debeat imperium multis nominibus, quia tu imperij princeps, quæ tua non erant rapuiſti) Heredibus noſtris & toti ditioni noſtræ, ipſiq; Romano imperio apertum detrimentum occreuiſſet, ſi alium aliquem regem aſſumpſiſſent, cur ergo, ut heredibus conſuleremus, ut ditioni noſtræ proſpiceremus. ut imperio caueremus non acceptaremus? Iſtæ rationes tuæ ſunt, cur Danicum, Noruegicumq; regnum aſſumpſiſti, quæ ſi dignæ ſunt, ob quas his rebus immiſcere te debuiſſes omnium principum iudicium eſto. Atq; ut ad primum deſcendamus. Quæſumus te patrue, àn omnia, quæ offeruntur acceptari debere unquã exiſtimaſti. Quod ſi leges eũ, qui oblatam furti partem, ſciens furti partem eſ-

Iraſcĩ non debet dux Holſatiæ quod rex libere loquatur quando quidem ſi iratus eſt dux, qui hæc audit quõ regem decet iraſcĩ qui hæc perpeſſus eſt?

Probat rex quod iure expulſus nõ fuit.

Argumenta ducis quibus defendit cauſam ſuam in eo quod regnum acceptauit.

Solutio argumenti primi non omnia oblata acceptanda eſſe.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Diuiſio eorum quæ acceptanda ſunt.

ſe eadem pena plectendum eſſe, qua fures ipſos, qui ſcelus perpetrarunt, ſanxere. uoluereq́; inuiolato id iure ſeruari, protinus uides non omnia, quæ oblata ſunt acceptanda eſſe. Sunt enim quædam, quæ penitus, acceptanda non ſunt. Aliaquæ tametſi ne acceptentur leges non

Diuiſio eorum quæ offeruntur.

prohibent, attamen infame eſt, indecorũ, acceptaſſe. An eſt quiſpiam, qui hoc ignorat cum de oblatione queſtio decernitur id primum queri ſolere legitima ne ſit ea, iureq́; àn fieri potuerit? Niſi uero confeſtim arbitremur, caſſas leges eſſe debere, quæ cum de teſtamento ultimaq́;

Videndum eſt àn Dani regnum offerre potuerint, deinde àn dux acceptare.

uoluntate anquirunt, primum anquirunt, liberum ne illi fuerit tale quid conſtituere, quale ultima illius uoluntate cautum eſt. Itaq́; uidendum eſt, àn offerre potuerint. Deinde àn tu acceptare, quod ſi primo euicerimus offerre illos tibi id potuiſſe, quod tu acceptaſti protinus iure

Dux in regnum Daniæ, uocatus non fuit ab omnibus.

Tres Epiſcopi per fidißimi ſcortatores ducem uocarunt reliquis omnibus nolentibus.

acceptare non potuiſſe conuinceris. Imo ſi non obtulere illi quorum interfuiſſet, ſed tu illos ui coegeris, quid tum dicturus es patrue? Oblatam eſſe regnum ais ab omnibus, & in id communi omnium conſenſu uocatum. Sed id quo animo egregie patrue non dubitas aſſerere? Vocatum ais te. At à qua Daniæ parte, à quibus regni conſiliarijs? Enumerabis forte mitrata aliquot monſtra, quæ totam etatem in lupanaribus triuere. Ripenſem, VViburgenſem, Burglonenſem, quæ ſi perinde cognoſceres puderet ſane ab his uocatum eſſe te, quibus ut ſimilis uideri poßis ſimplicitate tua effeciſti.

Epiſcoporum horum trium facinora.

Nos de illis nunc pauca dicemus reſeruaturi ſuo omnia tempori. Neq́; enim multum refert illorum homicidia, & facinora enumeraſſe, adeo egregie in Apoſtolorum locum ſucceſſere pij epiſcopi illi. Neq́; multum intereſt, quod

Hic non enumerantur facinora illa cæterũ in eo libro qui aduerſum Danorum ſeductores eſt, enumerabuntur.

alter cum caſtitatem uouerit domi neptem foueat ad libidinem: uiuente adhuc marito, & in tam nefandum exemplum omnes homines incitante: eamq́; cũ conſanguineo ſeniore epiſcopo comunem habeat: quod in miſeros ſubditos ſacerdotes & plebem tam indigne deſeuiat, ꝙ delatores media in plebe foueat, qui ruſticorum ſimplicitati inſidiantes occaſione capta omnibus illos bonis exuant. Alter dies & noctes crapulæ tribuat, homicidia, rixas, Lites infanda omnia excitet. Tertius utrumq́; tam commune habeat, ut honorificum imprimis ſibi ducat, ſi potandi certamine primas mercatur. Hæc & alia innumera non enumerabimus. Habent enim ſuam quæq́; occaſionem, cui reſeruata ſunt, ſolum id oſtendere parati ſumus, qui ſunt, qui te uocauere, tametſi adhuc dubium multis eſſe poßit, àn tu illos, àn illi te induxerint. Quandoqui=

dem, quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

dem, qua per occaſionem egiſti, cum primum ad eam tyrannidem aſpi=
rares iudicia non ſunt deſyderati aut uocati in regnum principis. Om=
nium ſuffragijs accitum eſſe te omnia oppida, arces uni tibi patuiſſe ſcri
bis & impudenter ſane ſcribis patrue, quando preter monſtra illa,
atq́; aliquot lenones adhuc neminem allegare poßis, qui te adduerit
cum nos prudentißimos, & modeſtißimos preſules integerrimæ incul=
patißimæq́; uitæ allegare poſſumus, qui nunq̃, ut aßumereris conſen=
ſere, & ut à tyrannide deſiſteres, admonuere ſemper donec illis uitæ
periculum contentaſti in tam iuſtis conqueſtionibus finem imponerent.
Nonne cum te monſtra illa inducerent ad eas res moliendas, quæ per=
feciſti, ſemper in faciem reſtitit ſapientiſſimus integerrimuſq; præſul
Auo, Bildius Arnſienſis? Nonne & idem fecit Nicolaus Senior
epiſcopus citra omnem fucũ, & ſimulationem inculpatißimus? Nonne
& omnes fere regni conſiliarij equites? Magnum Gøe equitem Da
num eiuſq; regni marſtallum, ut uocant, equitem fortißimum & nobi=
lißimum cum ſacramentum noſtrum exuere turpe nobilitati ſuæ, turpe
generi duceret, neq́; ullo modo tantum ſcelus in animo haberet commit=
tere, ut ad te deſciſceret, et cum ſcortatoribus illis tecum fœdus feriret,
literis quibus illi exitium minabaris ni tibi obtemperaret ad partes tuas
compuliſti inuitum & reluctantem, & deos omnes & homines pro=
teſtantem, ne hoc ſibi ſcelus imputaretur. Quid faceret miſer? Suis
uiribus tecum bellum gerere non potuit. Obſidebatur paßim à Carni=
ficibus epiſcopis, Innocentiæ & fortitudini illius uim intentabas, itaq;
quod unum tam afflictis in rebus poterat ad nos literas tuas miſit ad=
iuncta excuſatione ſua. Quæ omnia apud nos præſto ſunt. Habemus
enim tyrannicam poſtulationem tuam, qua ut à nobis ad te deſiſteret
hominem compuliſti, ne putes excuſationi. locum futurum eſſe. Pari
occaſione, Olauum, Nicolaum, Kanutum, Henricum equites, tam in=
dignis minis pepuliſti. Literæ præſto ſunt, quibus mors illis paraba=
tur niſi partibus tuis accederent. Quid memoremus fortißimos uiros.
Magnum Henricum, Magnum Bildium equites, quid famatißimos,
Auonem uiuentium, Ericum, Cromdicum, Othonem, Holgerum,
Laurentium, VVeſtenium & Georgium fratrem omnes, primæ no=
bilitatis uiros, qui hanc coniurationem ſemper exoſi fuere? Quid
innumerabiles alios quotquot ſub eorum, qui prius dicti ſunt imperio
degebant, nobiles uiros, qui conſpirationem hanc execrati ſemper fue=
re? Et

Rex allegare poteſt integerrimos epiſco= pos qui dudũ in faciem reſtiterunt.

Omnes regni conſili= arij exceptis illis nebu lonibus dudũ in faciem contrarij fuerunt.

Dux literis ſuis quibus exitium mina batur his qui ſibi re= ſiſterent effecit ut no= lentes acceſſerint.

Rex habet literas ducis ad D. Magnũ Gø regni Daniæ Mar ſchalckum quibus mi nabatur illi omnia ni partibus ſuis accideret Hoc idem fecit dux in alijs qui enumeran= tur.

Enumerantur nobiliſ= ſimi uiri, Iutæ, quæ pars ductu trium epiſ coporum prima deſci uit qui nunq̃ dudũ neq́; nebulonibus illis faue runt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

re? Et hi omnes Iutæ ſunt, quam tu Daniæ partem fateri ſoles, regnum tibi detuliſſe, & citra omnem potentiam omnemq; illatam uim te ſuſcepiſſe. Ne quid dicamus, quomodo eadem in regione tu Sunderburgum arcem, quæ chariſsimæ coniugi noſtræ ob donationem propter nuptias ceſſerat obſediſti, & oppugnaſti, tandemq; uiribus tuis in poteſtatem redegiſti. Adeo etiam in coniugem noſtram bellandum eſſe tibi duxeras. Quomodo Segebergam, quomodo Sandelborgum, aliaſq; multas non quod tu dicis ſponte & ultro, ſed minis & terrore, ut tibi parerent compuliſti. Neq; in Iutia ſolum, ſed & ducatibus noſtris, Holſatia, Stormariá, Sleſwico. In quibus dum nobilitati, quæ nobis fauebat, & ſacramentum præſtiterat inſidiareris, honeſti ſpecie in arcem tuam Gothorpum conuocabas, & aduenientes citra fidem, ſatellitum tuorum præſidio concluſos, flentes eiulanteſq;, ut noſtrum nobis ſacramentum remitterent, atq; in tua ſolius uerba iurare compuliſti, quæ dum faceres, nonne permouere debuiſſent, libere aliquot nobiliſsimorum equitum uoces, Inq; his Henningi Powiſchi ſenioris maturæ ætatis uiri, à quo auditum eſt. Ego inquit, prouectus nunc annis ſum proditionem tamen unq̃ attentaui. Proh deum, quod iuuenis nunq̃ agreſſus ſum, id nunc ſenex, ut faciam tam indigne compellor. Dictum eſt hoc, non ab eo ſolum, ſed & Sinardo, Poniſcho, & alijs quos male habebat in id ſe nunc uiolenter pertrahi, ad quod iure ſacramentoq; prohibebantur. Et tamen omnes ſponte paruiſſe tibi, omnes nobis ob malum regimen renunciaſſe non uereris dicere. Et hæc ad Iutiam pertinent. Ceterum nuſquam minorem uiolentiam, tametſi iſthic maximam feciſti, intentaſſe compereris. In Fionia nullum habeas, qui partibus tuis ſtuderet, ſed & nobilitas & populus iterato ſponte ſua, in uerba noſtra iurauerat, poſtquam ſcortatores aliquot epiſcopos, Iutos tecum conſpiraſſe compertum habuerunt. Teſtantur id Georgius Marſuinus regni conſiliarius eques. Teſtantur Iohannes Bildius, Iohannes Hurnus, Iohannes Bero, fortiſsimi & promptiſsimi equites. Teſtantur Laurentius Scynbelus, Iohannes Stichenus, Petrus Ebbo, inſulæ illius primarij, & nobiliſsimi uiri. Teſtatur Iacobus Ardenborgus arcis Niuburgi prefectus, quibus omnibus ni tibi parerent dira interminatus es. Et principio quidem cum ad omnem impetum pro nobis ſuſtinendum paratiſsimi eſſent, ubi uires deeſſe nobis conſpexere, quibus uiolentiæ tuæ obuiam iremus, nunq̃ uoluere committere tamen, ut

ſacramentum

Dux oppugnauit multas arces in Iutia, quomodo ergo uerum eſt quod dicat ab omnibus ſe uocatum eſſe.

Dux Holſatiæ cum uideret nobiliſsimos uiros in ducatibus illis improbare iſtam ſuã coniurationem conuocatos in arcem ſuam Gothorpum ui coegit ut ſibi ſacramentum quod regi preſtiterãt nunc ſibi darent, qui cum cernerent in id ſe redactos amare fleuerunt.

Henricus Powiſcus nobilis uir cum cogeretur dare duci ſacramentũ amare flens egregiam ſententiam dixit.

In Fionia dux neminem ſibi fauentem habuit.

Enumerantur nobiliſsimi uiri, qui cũ audirent trium epiſcoporũ rebellionem cũ duce iterato regi ſacramentum preſtiterunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ſacramentum exuerent niſi dum per te coacti, epiſcopi cedere compul=
ſi ſunt. In Laghelandia. Othonis Krompeni equitis tute noſti quanta
erga nos fides fuit . Sialandiæ primæ Daniæ regni inſulæ poſtquam à
nobis, Iutones defecerant, omnes proceres incole iuramentum renoua=
runt. Epiſcopus Albas Sφrenſis, Prior in Anderſcouv, Albertus, Ia=
cobus, Matthias, Erya equites, omnes regni Daniæ conſiliarij. De=
inde, & Henricus Gφe ſua erga nos fide toti orbi commendatus. Io=
hannes Hurnius equites. Demum & Iohannes Kraetzius, Georgius
à VViſcho, Kanutus Ruthus, Andreas Henricus, Magnus Scauvins,
Primores omnes inſulæ illius, qui poſt auditam tuam cum Iutis rebelli=
onem nihilominus iterato ſe iuramento nobis obſtrinxere. Idem fecit
omnepromiſcue uulgus. Mercatores omnes. Et quicquid incolarum no=
biliſſima in ſe inſula continet. Scania, quæ apud ueteres. Scandiuanià
fuit, tantum abeſt, ut in conſpirationem conſenſerit, ut etiam ſuo præ=
ſuli. D. Iohanni VVezio, noſtro nomine poſt defectionem tuam, ſa=
cramentum preſtiterit, & renouarit. Accepere idipſum preter uulgus
quod diximus nobiliſſimi quiq; citra omnem fucum cum nemo eſſet in
tam uaſta regione, qui non execraretur, & tuam, & in trium laruato=
rum epiſcoporum rebellionem, cuperetq; id in iugulum illorum retor=
quere. Exemplo eſt Lundenſis Metropolis, inſulæ illius preſul, qui
pridem nominatus eſt. Ioannes VVezius, cuius adhuc fides apud nos
enituit. Exemplo eſt Henricus Ogho, Henricus Cromdichius, uterq;
eques & regni conſiliarius. Axelo Braus, Tuggoq; frater, Mauritius
Iacobus, Holgerus Georgius, Trudo frater Nicolaus Lucho equites
omnes. Deniq; & Nicolaus Thorbernus, Et alter prebernus, Lago
Hurnus, Nicolaus Hachus cum tota eiuſdem dictionis nobilitate. An
non meminiſti, quomodo tu octo menſibus Malmogiam huius regionis
oppidum obſediſti? Quomodo in illius ſenatum dira intentaſti, quem
ſane damnare non debueras, ſi generoſo animo fuiſſes patrue, ſed om=
ni potius honore afficere quod pro uero, legitimoq; rege, pro fide tutan=
da tam fortiter reſtitiſſet. Hæc omnia cum talia eſſe probe cognoſcas,
non uereris tu omnium hominum, omnium oppidorum & arcium ad=
miſſione uocatum eſſe te & introductum, neminemq; reſtitiſſe tibi men=
tiri, quum octo menſibus Hafniam Malmogiamq;, Scandelborgum,
Flenſborgum, Sunderborgum, Turnyngum, Renſborgum, Sege=
bergam, Koldingum, Kallenum, Oldenborgum, tametſi non omnes ui=
ribus

In Laghelandia con=
ſimiliter dua nemo fu
uit.

In Sialandià pri=
ma regni inſula om=
nes cum audirent no
nam epiſcoporum de
fectionem iterato regi
ſacramentum preſti=
terunt.

In Scandinanià ſe
quuti ſunt omnes ex=
emplum Sialanden=
ſum.

Euge egregie dictum
quod dux ait ab om=
nibus ſe uocatum fu=
iſſe.

Dux Malmogiam
Scandinaniæ oppidũ
menſibus octo obſe=
dit.

Cum tot arces terrore
& minis & obſidi=
one in poteſtatẽ rede
gerit dux non ueretur
tamẽ ſe ſponte uocatũ
& admiſſum dicere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ribus omnes tamē terrore & minis in poteſtatem, non ut tu ais ſponte & ultro redegeris. Et facile id ipſum tibi fuit, Cum nunquam exiſtimaremus futurum eſſe, ut tu litteris ſigillatis tuis contrauenires, quibus ſolenniter, ut in conuentum ad Penthecoſten indictum concederes iuratus eras. Vnde neq; bellorum conſcij opus eſſe non putabamus, ut admodum munirentur partim, quod de te nihil niſi optimum ſentiebamus. Nam & literas ad nos dederas, uix ad dies quatuordecim, priuſquam bellum nobis indiceres, quibus omnia nobis optima de te ſperanda eſſe dicebas. Partim quod earum quæ enumeratæ ſunt, arcium magna pars ad chariſſimam coniugem noſtram attinebat. Cum qua non exiſtimabamus bellaturum te unq̃. Vides nunc patrue id quod oſtendere prius debuimus uerum eſſe, nempe comunibus regni ſuffragijs non electum eſſe te, necq; plebis, & populi conſenſu, unquam admiſſum, ſed cum uiribus ſuperior eſſes. In id enim, cum fœneratoribus conſpiraueras uolentes nolentes pertraxiſſe. Cum id admittere cogerentur, quod ne fieret prohibere non poterant.

Nomina arcium quarundā quas ſubegit.

Qualiter effectū eſt ut tam breui tempore in poteſtatem ſuam eas arces dux redegerit.

Dux literas ad regem dederat.xiiij.diebus ante indictum bellum quibus illum optima quæq; ſperari de ſe iuſſerat.

Epilogus prioris.

SEQVITVR illud, quod principio in controuerſiam uenire debere diximus, nimirum, an quemadmodum tu ais, Danicum tibi regnum offerre potuerint. Illud uero non ſolum publica omnium regnorum conſuetudine, ſed & priuatis legibus interdicitur. quid quod & natura non patitur in apibus, duos reges eſſe, neq; in armentis, duos qui imperent, quanto minus fieri queat, ut ullo exemplo teſtificari poſſint, liberum id illis eſſe, tametſi omnes conſentirent, ut publico tibi ſuffragio regnum uiuentibus nobis offerrent. An non enim ſacramentū, ubi ſemel preſtitum eſt, ſemper preſtitum eſt, neq; ut exuatur ullo unquam iure fieri poteſt? Quod ſi quando uiſum eſt, regem expulſum, iure expulſum, iudicatum eſſe, nunquam id ſane citra ineſtimabiles occaſiones effectum eſt cum amplius, ut regeret ob infanda inidoneus uideretur. Deinde ſepe numero admonitus noluerit reſipuere, In nobis cum tale quid nunquam inueniri potuerit, aut certe nemo ſit, hominum omnium, cui rationem rerum à nobis geſtarum reddere, parati non ſumus, quæ poterat tandem ratio eſſe, cur offerre ſi uoluiſſent regnum tibi debuerint modo iuris non uiolentiæ ratio haberetur? Hic forte rides patrue, quod preter comunem hominum de nobis exiſtimationem loquamur audeamuſq; dicere rerum omnium à nobis geſtarum rationem, paratum eſſe, Sed non ridebis tandem cum compertum tibi erit, quid

An regnū duci potuerint Danorum ſeductores conferre.

Probationes cōtrariæ.

Iuramentum ſemel preſtitum ſemper preſtitum.

Regem nunquam expulſum iri leges aut iura aut hominū conſuetudo permittunt citra maximam neceſſitatem.

ad Danicas

ad Danicas obiectiones reſponderimus, quo in negocio tametſi inuiti uerſabamur, dandum erat tamen hoc ipſum nomini, & honori noſtro ne omnes exiſtimarent uera eſſe, quæ improbi homines nullo non die comminiſcuntur. Porro ſi quid commiſimus, quod proteſtamur nullũ eſſe, id omne iure commiſimus. Neq; ut deſiſteremus admoniti ſumus, quod tamen in priuilegijs eorum, quæ ipſi tantopere iactant cautum eſt. Deinde quanta ea iniuria, & deo & hominibus illata patrue, ſi ob id quod ſcortatoribus quibuſdam morem non gerimus, protinus oporteat ad alium aliquem rei uniuerſæ regimen detuliſſe, aut quibus id legibus, quo id exemplo docere poßint? Nam in his quidem rebus, quæ ad abdicationem pertinent, priuatam quidem illam, ſed cuius cty=mon ad multa ſubinde transferri poteſt, neq; ſemper permiſſum eſt abdicare, neq; omnibus, ut abdicent liberum eſt, neq; omnes, ut abdicentur leges ſinunt, quõ minus in comunibus reipublicæ rebus licet, in quibus tãto graniora pericula proueniũt, quãto priuatis republica præſtãtior et dignior eſt. Itaq; legiſlatores id uidẽdũ ſibi ſemper duxere, quales eſſent, qui abdicarẽt, ꝙ ſepenumero futurũ ſciebãt, ut innocui à ſceleratiſſimis nebulonibus grauià perpetrẽtur inſurgeretq; ĩ meliorẽ ſe filiũ pater, ꝙ cũ priuatis in rebus magni eſtimatũ ſit, in publicis quis negabit diligentius adhuc perpendẽdũ eſſe? Proinde ſi oſtenderimus à nobis id regnũ iure deponi nõ potuiſſe: protinus euincimus tibi, neq; iure aliquo, debuiſſe deferri. Principio igitur uidere debes, quales ijdẽ fuere, qui primi huius ad te rei ſeriem detulere uoluereq; nouarũ tibi rerũ, ſpem ingerere. Deinde quibus in id de cauſis incitati fuere. Et prius quidẽ tametſi diſsimulare longe ſatius eſſet, neq; admodũ oporteat hominũ uicia detegere, tamẽ hæc cauſa requirit, ut nihil alius de illis dicamus quã ꝙ ipſe perinde noſti fuiſſe, nempe ſceleratiſsimos homines, qui in eam te rem, primum pepulere. Vnde plurimum iam cauſæ adimitur protinusq; fit. ut inuiſa ſit oblatio, quæ à tam peſtilentibus monſtris tibi facto eſt. Parte alia laudi id nobis tribuatur, quod peſsimis quibuſq; minus grati fuerimus. Quis uero ideo protinus nos damnauerit, ꝙ ex illorũ ſententia minus geſſerimus omnia patrue? Aut quis ideo Chriſtum incuſandum putat, quod phariſeis nuuq̃ ſibi duxerit obtemperandum? Quod ſi aleatoribus & ſcortatoribus & lenonibus & homicidis leges penam etiam ſtatuunt, quomodo fiet, ut his regnorum tralationem ſint permiſſuræ? Atqui longe adhuc ſceleratiores eos eſſe ipſe compertiſsimum ha=

Si quid faciat rex proteſtatur hic iure à ſe factum eſſe. quod & probaturũ ſe offert.

In abdicatione non licet ſemper & ab omnibus & in quemlibet filiũ animaduertere quantominus in rebus publicis.

Si oſtenderit rex à ſe regnum iure imo uoueri non potuiſſe euicit ſane neq; inducem iure conferri potuiſſe.

Qui obtulerunt ſceleſtiſsimi fuere proinde iam primum multum cauſæ adimitur.

Homicidæ erant & epiſcopi quibus cum leges penam ſtatuant, quomodo ius adimendi regni illis permittitur.

mium habes patrue. Neq; uelimus uero id dicere te obtulerunt, habe=
mus, moleſtus ne ſis nobis Chriſtierne patruelis. Enimuero non ſatis
eſt, quod obtulerint, neq; ſufficit, quod habeas. Fit enim, ut uſurpent
ſubinde homines quæ ſua non ſunt, & hinc adimant, unde iure non de

Ex facto nihil deroga ri poſſe iuri.

cuit, demum & in eos conferant in quos ius collationem fieri non per=
mittit. Quandoquidem non ideo protinus iure collatio fit, quod accidit
ut fiat, ſed ſi deniq; citra culpam fiat. Eoq; non ſimpliciter ſpectare
conueniat, àn oblatio tibi facta eſt, ſed àn iure, & ab illis fieri potu=
erit. Porro iure fieri non potuiſſe multa conuincunt. Primum quod

Regem ſemel electũ deinde omnium ſuf= fragijs confirmatum non eſſe eijciendum.

nihil commiſimus, ut diximus, ob quod illud nobis regnum derogari de
beret, Deinde non omnino tribuimus id illis, ꝙ regem ſemel aſſumptũ,
& communibus ſuffragijs aſſumptũ, pro animi libidine dimouere que
ant. Cur enim ſi non placuimus nos aſſumpſere? Si placuimus au=
tem aliquando, cur nobis uim modo intentare ſeſe iure poſſe confi=
dunt? Num elegere uiuente patre cum ſextum ętatis annum ageremus.
Num inter illos, àn te confirmationem ad annos triginta duos uiximus?
Tantum tempus, àn non exiſtimandum eſt, ſat longum eſſe, in quo
noſtri periculum facerent? Iuuentutem uero ita exercuimus, ut in no=

Inter electionem & confirmationem regis Chriſtierni uigĩti ſex anni fuere quo tempo re ſi quid indignum fecit ſe rex cur confir matus?

bis reprehenſionis locus non fuerit. Et hæc uiuente Illuſtriſsimo Do=
mino patre noſtro, poſt cuius mortem cum, ut diximus, tricesimum fe=
ré & ſecundum annum ageremus omnium conſenſu, quod ipſimet fa=
tentur aſſumpti ſumus, & confirmati, & trium regnorũ de more poſ=
ſeſsionem nacti, & coronati, ut aiunt, ne quid preuentos ſeſe in electi=
one aut in eam ui audactos conqueri poſsint. Elegere uero primum,
quo inter medio tempore, nempe uiginti ſex annis, inter eos uiximus.
Demum & confirmarunt, Sacramentum promiſcue omnes prebuerũt,
nobiles, ignobiles, ſacrati, prophani. Hic ſi iniqui eramus, ſi tam ty=

Priuilegijs regni Da= niæ quæ ipſi iactant reſpondebitur in eo, qui aduerſus Dano= rum ſeductores eſt li bro.

rannico ingenio, ſi digni ut expelleremur, quid accidit, ut confirma=
rent? Cur iterum regem ſuum, declararent? Cur leges quas ipſi ſibi
aſſcribunt, poſteriore hoc facto irritas facerent? Si enim regni priui=
legijs (de quibus quid ſentiamus aduerſum ea monſtra oſtenſuri ſu=
mus) liberum illis eſt, quod aperte inficiamur, pro animi libidine no
uos ſubinde reges aſſumere poſt alteram aut tertiam deniq; aſſump=
tionem magis liberum eſſe non poteſt, quod non deceat regum infini=
tas penas eſſe, infinitas condemnationes, infinitos metus, utq; ea quæ
ipſi priuilegia uocant, nunc eundem admittant, confeſtim iterum con=
firment.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ſirment. Deniq; eâtim bis factum corroborent, & tandem quod ter
ſponte uoluerunt penitus infringant. In ſumma, ut ea ſurſum deor=
ſum trahantur, utcunq; ſceleratiſsimis hominibus pro tempore uiſum
fuerit. Verum initio quidem liberum eſſe illis (modo liberum ſit) a=
perte dicendum eſt, ut ſacramentum ſuum, cui uelint elargiantur, &
ſeſe alicui ſponte ſubijciant, quem tamen ſemper dum habituri ſunt.
Poſtquam uero ex libertate in clientelam ſuſcepti ſunt eũ neceſſario ſi=
bi patronum habere debent, cui ſeſe preſtita iam fide ſubmiſerunt.
An non hoc, & totius orbis conſenſu receptum eſt eos, qui religionem
aut parthenonem, aut Cenobium ingrediuntur, dum ingrediuntur li=
beros adhuc eſſe, atq; in utramq; uitam perinde idoneos. Poſtquam
uero ſponte ſua religionem induere, nefas illis eſſe ea ex uita pedem
extricare, neq; permitti niſi pauciſsimis ſingulari beneficio regredi, quos
aut etas immaturior excuſare, aut ualetudo infirmior tueri ualet. Nos
autem ut expelleremur, ipſiq; noſtrum ſacramentum exuerent cuius
illis beneficio indultum eſt? An Pontificis? An Cæſaris? An aliorum
regum fratrum, quos oportuit factorum noſtrorum iudices primum
eſſe? ninime ſane. Quod ſi uero tu Friderice patrue, à tribus illis, à
quibus electus es loqueris, ut res autem habet intruſus, ſciſcitatus fuiſ=
ſes num liberum illis eſſet prophanis fieri, & epiſcopos exuere proti=
nus reſpondiſſent fieri, id nequaq̃ poſſe, ut qui ſemel ſacerdotes ſint,
& epiſcopi protinus deſinant ſacerdotes, & epiſcopi eſſe niſi euocatis
primum alijs eius ordinis magna celebritate, & cauſa audita, quæ ſi in
expiabilis eſſet ſuum illis ſacerdotium uix tandem derogaretur. Ipſe
uero ſi tum intuliſſes, quanto minus in regibus id fieri poſſet, ut qui ſe
mel aſſumpti ſint (quando & hi conſecrantur) confeſtim ad hominum
libidinem citra euocationem regum aliorum citra cauſæ determinatio=
nem, imo uerius citra omnem iuris propoſitionem, quando nunq̃ iure
nobiſcum aliquid attentauere quid tum dicturi erant? Hæc non conſi=
deraſti patrue tot ſapientiſsimis uiris preſentibus, & ueſtitu ipſo pro=
tinus argumentum ſuffecturo tibi, niſi forte pro paſtorali pedo, ha=
ſtas habuiſſe dicas, & pro infulis loricas, quo factum ſit, ut huius tu
queſtionis mentionem inijcere obliuiſcere. Quod ſane ita factum
credimus alias nunq̃ id nobis perſuaſuri niſi à regni cupiditate, ita in
tranſuerſum actum eſſe te fateri cogamur. Perſpicua hæc ſunt. Volui=
mus enim clarioribus argumentis ius noſtrum tueri, neq; committere,

Interpretatio legis ſi quæ eſt in Dania de ſacramento exuendo.

Que parthenonen ingrediuntur poſt uotũ ſemel emiſſum nõ poſſunt iterum reuocare quantominus in regno.

Priuſquam epiſcopus aliquis expellitur conuocantur epiſcopi quãtomagis pro rege expellendo opus fuit regum fratrũ conſenſu.

Citra iuris propoſitionem aut citra ullã admonitionem factã rex expulſus eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ut doctis illis epiſcopis tuis, laborem faceſſeremus. Nos autem cum principio electi eſſemus, tandem etiam ab omnibus confirmati ſumus, Finem itaq; iam tũ haberc libera illa priuilegia, ut quæ iam ex hoc caſſa facta fuerunt, quod poſt tantum tempus dignum Chriſtiernum duxere, cui data ſe fide ſubijcerent: non aliter quam iam prophani eſſe deſinere cũ in epiſcopos confirmantur, inq; eos alterius conditionis acceptandæ (quæ prius id illis liberum permiſerant priuilegia) locum iam nullũ amplius inueniunt.

Similis ratio in his priuilegijs quæ ipſi iactant & in epiſcopio ut poſt confirmatiõnẽ nefas ſit regredi.

Quod enim principio liberum erat non facere, id ſemel admiſſum num protinus iniquum, ut reſcindatur iudicandum eſt? Quod ſi uero bis admiſſum eſt, num adhuc iniquius. Si ter uero iniquiſſimum? Sed & leges, quod ſemel legitime promiſſum eſt, id ratũ ſemper habere uolunt, & ſecunda lege à deo ſancitum eſt, ut quod ſemel egreſſum eſt é labijs, id obſeruetur, quantomagis id obſeruari meretur, in quod dei nomen, non ſemel, non bis, ſed ter aſſumpſerunt?

Lex diuina & humana ꝙ ſemel egreſſum ẽ confirmari uult Deuteronomij.

Quanto magis conuenit quod bis confirmatum eſt obſeruari.

Primũ electi ſumus. Deinde poſt annos uiginti & ſex cum annũ, ut diximus, trigeſimum & ſecundũ ageremus confirmati. Demum cum nobis principio bellum inferres iterata ſe nobis fide Scania. iterata fide Sialandia, Fionia, Laghelandiaq; & aliæ citra ullum dolum malum ſubmiſere. Sponte iurauerunt enim Epiſcopi, Abbates, equites omnis ſexus ordo conditio non alium ſeſe regem q̃ Chriſtiernum habituros. Vnde effectum eſt, ut tibi quod diximus minime offerre idipſum iure potuerint non hercle magis q̃ neq; nobis adimere. Quid offerrent enim? fidem ſuã? Atqui eã nos habemus, neq; remittimus autẽ, tandem ipſi uiderint cum iudicio dei ſtaturi ſint. An regnum? De facto non loquimur. Iuris hic queſtio eſt, atq; non poſſunt. Electi enim ſumus. Confirmati ſumus. Corroborati ſumus. Preuenimus annis te triginta ſeptem patrue.

Nihil habuiſſe ſceleratos illos quod offerrẽt non fidem non regnũ ſiquidem hæc ex ui iuris in poteſtate non ſunt.

Atq; hic quidem dicturos ſcimus mitratos illos aliquos regni priuilegijs contraueniſſe nos, proinde dignos eſſe, qui tot regnis exuamur, quaſi uero quod ipſi diuinis & humanis traditionibus nunq̃ paruerint, & traditã à ſanctiſſimis uiris epiſcoporum regulam ſemper aſpernati ſint (Diſconuenit enim, alea, luxus ebrietas, et magna illa uiciorum lerna cum ſucceſſoribus Apoſtolorum) protinus ſuis prouentibus exuti ſint, & in ordinem redacti. Sed regni priuilegijs ulla in parte per nos derogatum eſſe aperte inficiamur. Illos uero tales eſſe tute negare non potes. Contrauenimus enim priuilegijs nos? cur non admonuerunt? Cur certiores nos non fecerunt? Reuiuimus uero aliquando

Solutio illius ꝙ aiunt aliquot regni priuilegijs cõtraueniſſe nos.

Si contrauenit priuilegijs rex cur non admonuerunt.

quando

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

quando iure ſtare? Minime. Nonne autē ſemper iuri ſtaturos pollicebamur ultroq́; obtulimus? Neq́; obtulimus ſolum, ſed & ſingulis promiſerimus in quadruplum reddituros nos ſi quid in nos iure, quod conquererentur habere poſſent? Hæc omnia Arhuſienſis epiſcopus Magnus Gøe, Kanutus Henricus & Olauus Nicolaus equites & alij aliquot noſtro illis nomine retulere, Tametſi plane ignorabamus, qua in parte uel unum apicem priuilegiorum leſeramus. Hic conſydera Friderice patrue id primum fieri debuiſſe, quod ipſi in derogandis ſacerdotijs uſurpare ſibi ſolent, nempe cauſam illorum ad ſacratiſſimum Cæſarem & reges alios aut principes, aduerſum nos agendam mittendam fuiſſe, noſq́; ad reſpondendum uocandos. Si parere noluiſſemus extraneis principibus generales regnorum conuentus indicendus in eumq́; nos uocandi eramus. Tum ſi cauſæ noſtræ diffiſi fuiſſemus occaſio oblata erat, qua ſeſe ſuamq́; cauſam principibus inſinuarent. Illorum ſi nos minime permouiſſet authoritas, dandum hoc illorum erat calamitatibus, quod in ſuam ſalutem proſpicerent. Enimuero ante hæc omnia admonendi eramus, inſtruendi eramus, offerenda erant priuilegia, atq́; eiſdem contraueniſſe nos oſtendendum. Nihil horum tamen factum eſſe ipſe teſtis es, & tot milia hominum teſtari poſſunt. Quinimo uero in iudicium ſemper appellauimus, Hortabamur, Admonebamus, ut ſi qua in parte lederentur id nobis ſignificarent. Omnes reges & Chriſtianos principes iudices in tam iniqua cauſa noſtra flagitauimus. Palam publiceq́; ſatisfacere omnibus quicunq́; conquerentur obtulimus. Nihil permouere tamen hæc omnia. Vis nobis per eos à te intentata eſt, Expulſi ſumus, In exilium conceſſimus, neq́; prius unq̄ nobis conſtitit, aut cur tu preter iuramentum nobis preſtitū rebellares, aut quare illi à nobis deſciſcerent prius in Sialandiam cū copijs tranſieras noſq́; aliquot menſes é regnis auitis conceſſeramus. Nam quibus nobis bellum indixeras literis minime arbitrabamur regnis inſidiari te adeo tua nobis integritas impoſuerat. Et mitrati illi prius abijſſe nos cognouerant, teq́; tot cinctum cohortibus uiderant, priusq̄ aſſumptionis tuæ cauſas perſcriberent. Hinc prodiere uirulentæ aſpides illæ duæ aduerſum nos altera ex obſidionalibus ad Hafniam caſtris, altera ex Roſkyldia pari tempore, dū utraq́; nobis ex parte inuidiam conflare nitebamini. Sed utramq́; ſomnolentiam pari fœlicitate contriuimus, ut nihil magis reſiduum tibi eſſe conqueri poſſis quam unicam iniuſtam

Rex obtulit ſe iuri cū illis ſtaturū & pernotabiles, & Magnos preſules & equites quadruplum obtulit per ſoluturum ſe, ſi cui aliquid ademiſſet.

Quid agendū fuerat illis anteq̄ regnū illud regi fuiſſet adimendum.

Habenda pōtificis poteſtas Regum et principum uoluntas.

Iuris determinatio.

Non conſtitit regi cur dux rebellaret (nam quæ conditiones diffidatorijs literis incluſe erant indignæ erant) priusq̄ in Sialandiā tranſcenderet.

Vno tempore prodijt liber ſeductorum Daniæ & duas Alter ex caſtris alter ex Reſkyldt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

regni quod tuum non eſt poſſeßionem, quam ſi iuſte perdidimus, iniuſte ne unq̄ puta futurum, ut conquiramus. Sin minus obuerſetur animo tuo

Epilogus huius partis.

& cauſæ noſtræ iuſtitia & innocentiæ tuæ ſimplicitas, qua paſſus ſis, confeſtim in patruelis locum preter ius faſq; ſurrogari. Hæc cum ita ſint patrue, neq; nos priuilegijs regni contreuenerimus, neq; fidem et iuramentum, quod ſemel preſtitum eſt, caſſum irritumq; fieri poteſt, neq; admoniti ſumus unq̄, neq; ut ſecus faceremus requiſiti, neq; in ius uocati. Ipſi uero nos ſepenumero, idq; etiam nuper peremißis, qui prenominati ſunt Arhuſienſi Epiſcopi magnoq; G ϕe obtulimus promptos nos eſſe omnibus ſatisfacere, prius etiam expulſi ſumus q̄ compertū haberemus, quibus id rationibus fieret, nonne protinus manifeſtum eſt, iure derogari nobis regnorum poſſeßionem non potuiſſe, quanto minus

Dux qui ſe ab omnibus exſpectatum dicit ubi Hafnia Malmogiaq́; potitus eſt, nobilem uirum Nicolaum Hackrum quia ſtrenue regis partes tutatus erat interfici publicæ fecit.

offerri tibi, cui in ea, ne tantillum quidem iuris eſſet? Et hæc de hac parte, quæ oblationem iure tibi fieri non potuiſſe oſtendimus, etiam ut omnes promiſcue in id regni conſiliarij omne uulgus conſenſiſſent. Idipſum uero longe alienißimum eſt. Aduenisti tandem exſpectatus ille, & fœlicibus auſpicijs ab innocentis Hackri ſanguine exorſus es, quid commiſit autem animoſus iuuenis, aut quare tantum iuris mitratis ſcortatoribus permiſiſti? Scilicet uero, quod nobis fidem ſeruare uoluit protinus dignum reris, qui ſupplicio afficiatur? Et quem tu fide data ad te recepiſti eum, ut interficeretur permittere debuiſti? Oblationem tibi factam ais, & quæ eam in rem adducas, preter ſcortatores aliquot, qui terrore & minis optimos uiros ad ſe compulere, neminem habere

Omnis populus regē Chriſtiernum deſyderat, quale eſt ergo iudicium uocati ducis?

poßis. An ignoras, quanta noſtri exſpectatione miſerum uulgus, quato noſtri deſyderio tenetur? Et tibi ſane liberum erit, donec ſecus deo uiſum fuerit innocentem populum trucidare, & Hackrum pluribus inferijs opulentum reddere, & quotquot Chriſtierni regis nomen aſſumpſerint indigne perimere: non tamen ſtabilitam erga nos propenſitatem

Dux pena capitis interdixit ne quis mentionem regis Chriſtierni faceret in Dania quale & hoc ſignum eſſe poteſt.

neq; radicatum iam profunditus noſtri deſyderiū auellere poteris. Id uero magnum oblationis factæ iudicium eſt, omnem de nobis ſermonem interdicere, penaq; capitali prohibere ne Chriſtierni auitis in ditionibus memoria fiat, quod ſi illis animis exſpectatus fuiſſes, atq; tu aſſeris patrue, quam nam ad rem illo tibi interdicto opus fuiſſet?

SED & hoc non incommode occurrit Friderice patrue, an tibi liberum fuiſſet, citra honoris iacturam, aut iuris uiolationem, quod nobiſcum contraxeras: regnis illis te ingerere, ita ut etiam donemus quod

omnes te

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

omnes te aſſumpſerint. Nam & hoc cum non effecerint, ut oſtendimus:
omnem cauſæ tuæ adimit æquitatem uiolentia. Verum ita faciamus eſſe.
Atq; hic obiter conſydera non omnia quæ offeruntur acceptanda eſſe,
quid enim ſi partem furti ad te quiſpiam detulerit, ideo ne protinus
integrum eſſe tibi exiſtimabis, citra honoris iacturam, ut diximus aſſu=
mere? Sunt igitur quædam, quæ ſi aſſumantur leges puniunt. Nempe
eodem in ordine, & in fures & participes furtorum animaduertunt.
Atqui pridem nihil illis, cur nos deprimerent, teq; aſſumerent iuris fu=
iſſe oſtendimus, unde neceſſarium eſt, & id ruere, quod primum aſ=
ſumpſeras, nempe quod ais. Obtulerunt, cur non acceptaremus, quan=
do neq; omnia acceptanda ſunt, quæ offeruntur, neq; oīa quæ offerun=
tur, iure offeruntur. Age uero longius progrediamur, atq; quo minus
acceptare potueris oſtendamus. Enimuero, cum ad te uenerunt ſcelerati
illi impoſtores, num tibi conſyderandum fuit, quales eſſent, qui ad te
regnum Daniæ detulere. Atq; ut iure aſſumere poſſes, num à talibus
oblatum aſſumere deberes? Quandoquidem tametſi quædam interdū
iure haberi poſſunt, per quoſlibet, tamen ut acquirantur uetitum eſt.
Veluti ſi quando in controuerſia uerſatur hereditatis diuiſio, quæ uni
magis q̄ alteri iure competit non protinus fit, ut per quoſlibet homines
ius ſuum ſibi uendicare poßit, Siquidem per uetitas artes, per incanta=
tores, per magos ſi quod ſuum eſt: quis aſſumat: is legis reus protinus
efficitur, quod ad rem quidem in ſe iuſtam: iniuſtorum tamen opera ab
uſus ſit. Par ratio in multis alijs eſt. Itaq; & legibus quosdam, dum
magiſtratu digni erant, quia tamen malorum & ſceleratorum ſe cohor
tibus inxerant comuni populi iudicio repudiatos eſſe, quanto magis id=
ipſum conueniebat conſyderare te, quod ſi perpendiſſes manſiſſet inte=
grum tibi, & inuiolatum nomen, neq; commiſiſſes, ut apud omneis ty
ranni tibi nomen infligeretur. Obtulere itaq; ſcelerati: obtulere maleficia:
ideoq; obtulere quoniam nos amicæ, ut à nequitia deſiſterent admonu=
eramus. Vnus cum neptem domi ad libidinem foueret, uiuente adhuc
marito. eamq; etiam cum ſeniore epiſcopo auunculo ſuo comunem ha=
beret, quod preter epiſcopi profeßionem eſt, per nos admonitus eſt,
& requiſitus, ut à tali ſe infamia purgaret mulieremq; marito reſti=
tueret. Hic nihil preter Chriſtianam petitionem fuit. Cum uero nos
idem ſepenumero ingeminaremus perteſus tam piæ requiſitionis epiſco
pus, aduerſum nos primus hæc omnia machinatus eſt, teq; eam in
rem inſtigauit.

Ducem ut iure aſſume
re poſſet Daniæ reg=
num non tamen debu
iſſe illis offerentibus
acceptare.

Quædam aliquando
iure haberi poſſunt,
quæ tamē ſi per quoſ
libet delata habeantur
legis reum habentem
faciunt.

Cauſæ propter quas
epiſcopi illi tres ad=
uerſus regem conſpi=
rauere.

Epiſcopus Burglo=
nenſis una cum auun
culo ſuo domi alit nep
tem ſuam ad libidinē
uiuente illius marito,
unde à rege rogatus,
ut eam dimitteret, in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

regem iratus conſpirauit, Alij ob nimiam crapulam à rege rem prehēſi idē fecerunt.

rem inſignauit. Hic duo erant quorum authoritas alios adhuc duos frequentius, ut à nimia ebrietate continerent à nobis requiſitos ad ſe pertraxit. Hæc origo mali fuit, per hos electus es, qui neq; te eligere debuerant, neq; digni erant, ut aſſumere te poſſent principem non omnino prius contempnendum modo priſtina tibi uitæ ſupermanſiſſet integritas. Et hanc tu electionem, quæ per indignos & maleficos homines fit, atq; ut boni eſſent iure ſane non fit dignam exiſtimas quam imis fundamento inniti fateare. Quod eſt iſthic tale, quale tu tam frequenter iactare ſoles? Proinde id iuris fundamentum. Electio facta non eſt legitima. Voluntariam non eſſe iam euicimus, Imperaſti enim minis tuis, ut fieret, & ab iniquißimis hominibus facta eſt, neq; tam facta, quando in illorum poteſtate non erat, ut fieret q̃ a te uendicare, ut ſpecioſum iniuriæ abs te nobis illatæ titulum poſſes pretexere. An uero in manibus ſcortatorum erat nobilißimi regni titulum, & regimen citra iuris conceßionem, & maximæ partis optimorum ſalicet & integerrimorū uirorum conſenſum citra ullum noſtrum meritum obtuliſſe? Quamq̃ uero omnia libere fieri tibi potuiſſent, atq; ita faciamus eſſe, quod maximi & optimi & ſanctißimi preſules, & equites obtuliſſent, habuiſſentq; idipſum iuris ex promißione, nonne adhuc conſyderare te decuit non omnia omnibus decora eſſe, atq; adeo ut alijs quibuſlibet liberum eſſet, Angliæ, Poloniæ, Franciæ regibus aut alijs, id regnum acceptare (quandoquidem ſecunda hæc cauſa eſt, cur acceptaſſe te regna illa perſcribis) non tamen Fœderico Holſatiæ duci Chriſtierni regis ſecundi patrueli, quæ iure, ut illis ſe ditionibus ingereret. Quando patruus eras. Talem autem non decet cum genere ſuo contendere, ne forte id obijci poßit, Lupum paſtorem id eſt in fabulis. Siquidem non te loco paſtoris & patris habueramus. Deinde uiuente Illuſtrißimo Domino patre noſtro rege Iohanne cum ſupereſſet Illuſtrißima mater tua auia noſtra Dorothea, quæ te unice deperibat, nonne occurrit quemadmodum eo anno, qui milleſimus quadringenteſimus eſt ſupra nonageſimum iuratus ſis faciente id idem matre tua: regis Iohannis patris noſtri, fratris autem tui heredes, aduerſum omnes alios defendere, & eosdem in bonis & hereditatibus ſuis perpetuo ſeruare? Oblitus es forte. Sed nos in mentem bene reuocabimus. Iuratus es igitur te heredes regis Iohannis ſeruaturum, quomodo potes igitur, citra fidei et literarum uiolationem eosdem ſuis omnibus exuere? Quod eſt hoc ipſum

Electio ducis uoluntaria non fuit, ſed coacta, ut prius oſtenſum eſt.

Vt ita ſit, quod optimi epiſcopi & equites obtuliſſent non potuiſſe tamē ducem iure id regnum acceptaſſe.

Reſponſio prima.

Reſponſio ſecunda.

Dux literis ſigillatis cū matre promiſit ſe defenſurum heredes regis Iohannis quanto minus poterat eoſdem regnis & principatibus exuere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ipſam conſeruandi genus ? Exuere autem non potes, ergo minus etiam regnum acceptare. Hoc tecum Laconyſmo agere uolumus. Habes itaq; ut ita faciamus eſſe, quod omni iure, cui uellent regnum impartiri potuiſsent ſcelerati illi impoſtores, Illuſtriſsimis Angliæ, Franciæ, Poloniæ & cæte. regibus, adde etiam Turco aut Ruſsis, in fœderiarum tamen Holſatiæ ducem, idipſum minime poſſe, ſuis ipſius literis compertum eſt. Hic ſiles patrue ? Hic literas forte requiris, adeo omni te ſenſu, exuerunt monſtra illa, ſed ſubiectæ ſunt, ne quid deſyderes. In arce tua ſcriptæ ſunt, coram matre ſcriptæ ſunt, ne ui extortas eſſe poſsis cauillari. Adeo omnia nobis aduerſum te, ſolerter agenda ſunt, ut nullam penitus anſam relinquamus tibi, quam tandem queas calumniari. Scimus enim, quam apud te ſint ingenioſi nebulones, quanq omni in rerum genere egregie eruditi. Nunc audi matris tuæ auiæ noſtræ Illuſtriſsimæ tuumq; diploma.

Literæ, quæ ſubſequuntur ducis uiolenter non ſunt extortæ, ſed neq; idipſum ille dicturus eſt.

Diploma Friderici Holſatiæ ducis & cæte. quo pollicitus
eſt regi Iohanni preſente matre ſua, Illuſtriſsima
Dorothea, ſe heredes regis Iohannis defenſu
rum etc, quanto minus aperte conuin=
citur non debuiſſe et regna accep
taſſe, et ducatus illos ademiſſe
factum in arce eiuſdem
Gothorpo.

NOS DOROTHEA dei gratia, Daniæ, Suetie, Noruegiæ &c. regina. Et Fridericus heres, Noruegiæ Duces, Sleſwici, Holſatiæ, Stormariæ, Dythmerſiæ, Comites in Oldenborg et Delmenhorſt &c. NOTVM facimus & teſtamur aperte pro nobis & heredibus noſtris, & quibuſcunq;, ex quo dilectus filius noſter, Dominus & frater rex Iohannes, & nos dux Fridericus iſtas ditiones noſtras Scleſwicum, Holſatiam, Stormariam, hereditarie diuiſimus, & in duas partes concorditer partiti ſumus, teſtamur & promittimus in fide principis, uigore preſentium, ſi forte idem Illuſtriſsimus frater noſter diem extremum clauderet, quod nos cum dominis & amicis, terris & hominibus ſecundum quod optime poſsimus, ſuæ dilectionis heredibus & liberis fidum auxilium prebere uelimus, & eoſdem uoluntarie defendere, inq; ijſdem huiuſmodi arcibus, ciuitatibus, territorijs

hominibus & bonis, & omnibus dominijs ad principem ſpectantibus & iuriſdictionibus, quemadmodum illius dilectioni in iſta hereditaria diuiſione, ſecundum contentum literarum ab utraq; parte ſignatarum, iure hereditario prouenerunt, ad perpetuum tempus hereditario ſeruare, & citra detrimentum, ut poßidiant, adiuuare, citra omnem dolum malum. Pro cuius rei maiore teſtimonio, ſigillum huic teſtimonio duximus appendendum. Datum Gothorpi poſt Chriſti natiuitatem M. CCCC. XC. poſtridie Laurentij.

Quid nunc ais patrue? Defendere debuiſti non aliena inuadere. Id literis his pollicitus es Friderice uide q̃ obſeruaris. Nam quod tu recriminari poſſes, per nos ſtetiſſe, quo minus obſeruaris, prius euicimus falſum. Niſi forte ob ſeptem florenorum milia paulo ſerius perſoluenda exiſtimes omnium literarum tuarũ, omnium pollicitationum ius alienandum eſſe. Quid uero conſyderandum erat tibi, ut etiã literas deeſſe faciamus? Num apud homines auditurum te mali, aut cupidi ſane principis, ne quid maius addamus nomine, qui ea una acceptatione ſcelératißimis hominibus fomentum, preberes principes pro animi libidine permutandi, & exoſam toties Democratiam inſtituendi? A qua tu hominum exiſtimatione, ut ab Aſpide abhorrere debueras, & ſi non tua, at ſaltem liberorum & generis tui cauſa. Enimuero ergo, quo minus ad te pertineret, aut tuũ erat ſuſcipere, obſtabat pudor, iuramen tũ, genus, liberi. Hæc omnia, ſi floccipendis Friderice patrue, agedum tibi habe, quæ nemo ſibi regũ uendicare dignaretur. Hic nos conſcientiam tuam appellamus, àn exiſtimes Illuſtrißimos & potentißimos reges Angliæ, Frantiæ, Poloniæ, Scotiæ, aut reliquos omnes principes, ſi quod tu ais ad eos Daniæ regnum detuliſſent, ſcortatores illi non protinus totam illam ſceleratã turbam in furcas acturos fuiſſe? Niſi nos ſane fallit illorũ integritas, quæ neminem fefellit, adhuc nos non tam hoſtes tibi ſumus, ut uelimus unum fuiſſe te ex eorum numero, qui tam inſignem prouinciam obijſſent, quod ſi te illi agmini ſociaſſes, iam deſijſſes eſſe Friderice, neq; tecum digladiaremur niſi forte ad Eacum. Itaq; finge recuſatam à te regni poſſeßionem eſſe, & nebulones illos confeſtim dimiſſo uno te in Angliam, ſi ita lubet nauigaſſe, quo putas uultu aſpecturus eoſdem eſſet Illuſtrißimus princeps Henricus nobilißimæ inſulæ rex, frater & conſanguineus noſter Charißimus? quo uultu conſiliarij, quo uultu principes omnes, quo uultu omnis promiſcue multitudo?

Per regem Chriſtiernum non ſtetiſſe, quo minus litteris ſtaret dux, ut prius oſtenſum eſt.

Hæc conſyderanda erant duci priusq̃ regnum acceptaret. Dux tametſi ignarus democratiæ tamen inſtituendæ initium prebuit.

Si ad alios reges Danorum ſeductores illi regnũ detuliſſent, illos nunq̃ accepturos fuiſſe.

Rex Chriſtiernus non uellet ducem unũ fuiſſe ex his, qui Daniæ regnum ad alios principes detuliſſent.

Illuſtrißimi Domini Henrici Angliæ regis oratio ſi aduenißent Danorum ſeductores.

cue multitudo ? Et prodiiſſent illi quidem nocturnam crapulam eructantes, cæterum pudor dementiam cohibuiſſet, neq; auſi fuiſſent enim id ipſum, quod tu acceptaſti proponere, neq; eam quam tu iactas regni poſſeßionem pudor permiſiſſet in medium proferri. Torpuiſſent inſani illi, & retro ad pocula reſpexiſſent. Neq; te inueniſſent iſthic Friderice patrue, quod ſi uero loquendum illis fuiſſet, quod nam primum obtuliſſent ? Regnum ? Atqui an dubitare poßis, hæc dicturum fuiſſe Illuſtrißimum regem ? Equidem regnorum ſat habeo, meis contentus ſum, uos autem quomodo audetis tam infamem proditionem moliri ? Quomodo regem Chriſtiernum expelletis, in quem iuris nihil uobis eſt, beneficiorum autem illius erga uos plurimum ? Adeo uos non permouet illius auſpicijs res tam preclare geſtæ, non uirtus patris ? Aui ſplendor ? Cæſaris affinitas, noſtra confœderatio, principum reſpectus, nobilitatis exiſtimatio. Quomodo uero ad id regnum inuitatis me Dani ? aut quomodo me paſſuri eſtis extraneum regem, qui uobiſcum nutritum, inter uos natum eijcitis. Aut qualem mihi fidem preſtabitis ſeruandam, qui bis illi preſtitam aboleuiſtis, aut quam mei rationem habituri eſtis, qui tam exiguam regum ueſtrorũ optimorum, curam geritis ? Qui autem fieri poßit, ut ego iſti ueſtræ donationi animum adijciam, cum ut minime adijciã poßit, tot exemplis docuiſtis. De uobis ego nunq̃ tam bene meritus ſum, ut protinus exinde interpretari poßim factum eſſe, quod mihi huius regni oblationem inijcitis. Rex autem Chriſtiernus cum optime de uobis ſuper meritus fuerit, isq; iam per uos expulſus ſit, nonne documentum mihi prebet, cum talibus negociũ ne aliquod mihi ipſi faceſſere poßim ? Num ſuſcepiſtis ? cur eijcitis ? Num confirmaſtis ? cur aboletis ? Deum ergo & homines, cur fruſtramini. Porro quare idipſum in me conferre deſyderatis ? Exiſtimatis tam inſanum, tam dementem eſſe, ut non protinus uideam ad leuẽ cupiditatem ueſtram, confeſtim mihi iterum in exilium abeundum eſſe ? Alium querite, immo uero non iſthic, ſed apud inferos, quando quo minus inter uiuos permanere poßitis perfidia ueſtra effectum eſt. Hæc dixiſſet, hæc imperaſſet. Et pependiſſent amphoræ illæ magnũ documentum omnibus hominibus prebituræ, ne temere uti regibus, ut calculis uellent, Idem Francus, Idem Polonus pro ſua prudentia, Idem Scotus, Idem omnes principes effeciſſent. Hic non dicimus neminem principum eſſe, quos tu enumeras, cui non ſat negocij ſit in ſuis tutan-

Qualiter Danorum ſeductores ueniſſent, & qualiter ab illuſtrißimo Angliæ rege accepti fuiſſent.

Hæc fuiſſet Illuſtrißimi Angliæ regis reſponſio.

Idem feciſſet Illuſtriſſimus Poloniæ rex.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Nemo principum ca-ret negocijs, ut inde protinus alienũ regnũ inuaderet.

dis, ut protinus aliena inuadere cupiat. Non dicimus ſi aduenißent mi-
trati illi ſcortatores quam digne accepti fuiſſent, quam iuſte remi, i.
Apud unum te locum inuenere Friderice. Tu ad primam petionem
ceßiſti, aut certe primus expetijſti. Alioqui cum ad te uenirent, cur non
ſcripſiſti ad patruelem tuũ plurimos illi inſidiari, regnumq; tibi offer-
ri, proinde ſibi proſpiceret, quod ſi quæ commiſiſſet, id demum effi-
ceret, ut priorem infamiam aboleret? Id facere debueras. Adhortandi
à te ſene eramus, admoneri debuimus. Tu nihil horum omnium effe-
ciſti patrue. Quid ergo ad te ſi regnum ad alios detuliſſent? immo cum
plane ſcires reges & principes omnes, tam crudeli bello implicitos eſſe,
ut aliena expetere, aut poßidere non poſſent, quomodo ex hoc tu ar-
gumento, ſat magnam rationem conſequutus es, quæ tua non erant,
tam inuadendi temere, & adhuc tam inique poßidendi?

Nihil ad ducem etiam ſi Daniæ regnum ad alios delatum fuiſſet.

Solutio illius, quod dux ait ingens detrimentũ patriæ ſuæ illatum iri ni regnũ acceptaſſet.

Veniamus ad id autem nunc quod tertio tu loco obiecisti, ingens ſci-
licet detrimentum ditionibus tuis aduenturum fuiſſe, aliorum regum
aſſumptione, neq; tuis modo, ſed & Cæſariæ maieſtati, & ſacro Ro-
mano imperio, quorum omnium tu inſignis bellator et uindex, ne id-
ipſum accideret, preuenire maluiſti. Atq; hic ſane miſeret nos ſimplici-
tatis tuæ, cum non uideas quam te inique traducant hi impoſtores, qui
hanc tuo nomine conſentiente nihilominus ipſo te epiſtolam ad ſacrum
Cæſareum regimen tranſmiſere. Itaq; tu quidem de regibus omnibus
idipſum arbitraris, quod nobis exhibuiſti, nempe futuros illos ditioni-
bus tuis & ſacro Romano imperio exitio. Nos autem erga reges me-
liores eſſe dicimus. Quid enim commiſere aduerſum te, ut protinus
exiſtimes tales futuros eos, qui ditiones tuas, qui Romanum imperium
labefacerent? Aut quid illis cum Holſatia, quid illis cum auitis ditioni-
bus noſtris, quid illis Daniæ regnũ ſi acceptaſſent tecum patrue? Tam
tu omnes crudeles, tam ſanguinarios, tam uiolentos exiſtimas, ut proti-
nus ex Leui regni unius poſſeßione, arbitrarentur idipſum, ſi dijs pla-
cet, imperium inuadendum uiam ſibi tam latam paratam eſſe? Adeo in
te magnum quid commiſit nobilitas, ut primum cum fœneratoribus
aduerſus illam conſpiraris. Deinde omnis honeſtatis oblitus, mulieres
& infantes expuleris. Demũ non iam latenti, ſed prodente ſe mali-
cia, omnibus regibus eam notam inuras, tanq̃ id regnum, quod illorum
non erat acceptarent, atq; ut acceptarent, protinus in tui excidium, in
ſacri Romani imperij exitium accelerarent? Quid uero eſt hoc argu-

Dux de omnibus regibus id exiſtimat, quod à ſe factum eſt futurum.

Quã in trãſuerſum à fœneratoribus Illuſtrißimus dux deductus ſit.

menti.

menti. Ditionem meam inuaſiſſent ergo acceptandũ regnum fuit? Nam prius quidem, neq; tu probare poſsis, quomodo enim inuaſuros fuiſſe ditionem tuam teſtarere? Poſterius tu uideris, àn ex priore ſtatum deducà poſsit. Quale & hoc Romano imperio uis illata fuiſſet, ergo à me acceptandum erat? Nam per alios, an Romano imperio uis illata fuiſſet, neſcimus neq; tibi ſane magis q̃ nobis conſtat. Id ſcimus, Romano per te imperio grauem notam inuſtam eſſe. Atq; adeo ſi tibi curæ fuit Romano imperio prodeſſe, aut tam cordi Romanum tibi imperium fuit, ut protinus nihil, quod illius per iudiciũ eſſet efficeres. Quæſumus te patrue, cur publicam ab eodem pacem indictam primus fregiſti? Id ut faceres uoluit imperium? Cur cum his fœdus contraxiſti, cur arma mouiſti, quibus ut ab armis deſiſterent, pœna bis mille librarum auri puri à ſacro Romano imperio indictum fuit? Cur uxorem noſtram inſontes liberos exegiſti? Hoc enim tibi ut faceres num mandauit imperiũ? Cur cum Francis & Ghelris aduerſus ſacratiſsimum Cæſarem conſpiraſti? ſcilicet uero hoc ab ĩperio iuſſum tibi fuit? At iuſſum ais nõ erat. At ego præſciebam ſi in alium principem Daniæ regnum tralatum eſſet, futurum eſſe, ut grauia imperio inſtarent. Atq; hic quidem ſi adeo diuinaculus es patrue, credimus tibi meritum. Enimuero cur hanc tu lanienam, tam ferociter tractas cum nulla neceſsitas urſerit te, quo minus in regnis permaneremus? neq; oportuerit in alium confeſtim regnorum poſſeſsionem tranſtuliſſe? cum nos eſſemus, Liberos haberemus, quorum preſentia extraneum Daniæ iugum decutere potuit? Quid uero ad te ſi imperio grauia imminuiſſent? Siquidem ut grauia imminere conſpirationibus tuis ſemper eniteris? Atq; ideo ne protinus, q; ſciueris imperio grauia imminere (quod tamẽ niſi deus es nõ cognoſcas) iuramenti tui ratio, genus, affinitas, confœderatio, ſacramentũ nobis preſtitum frangenda erant Friderice? Hic reſponde. Peierare num tu bonum exiſtimas? Minime dices. Literis contrauenire num pulchrum reris? neq; hoc. Generis, affinitatis, fœderum obliuiſci, num honeſtum? Nequaq̃. Cum fœneratoribus & ſceleratiſsimus monſtris fœdus contrahere, ut nobilitati excidium parares, num genere tuo dignum putas? Et tamen imperium ut defenderes, hæc omnia egiſti. Iuramentum fregiſti, ut Dania nos ſpoliares. Peieraſti, ut regnis nos exueres. Generis, affinitatis oblitus es, ut nos exigeres. Cum fœneratoribus & ſceleratiſsimis monſtris conſpiraſti, ut quæ tua non eſſent uendicares. Malum ergo feciſti pa

Dux probare non poteſt inuaſuros illos fuiſſe ditionem ſuam.

Solutio illius, q; dux ait, ſe uoluiſſe Romano imperio prodeſſe.

Facinora ducis aduerſus imperium.

Nulla neceſsitas fuit regnũ illud occupari.

Dux ait ſe ob defenſionem imperij regnũ acceptaſſe, ſed cernitur illius contrarium.

Non confeſtim fit, ut ſi alius occupaſſet Daniæ regnum illum bellaturũ in imperium.

true. Verum hoc ais, ſed ut imperio conſulerem effeci. Hic ſuo imperio conſulueris non dicemus, quando n[illegible]onfeſtim fit, ut ſi alius preter te Daniam occupaſſet, imperium inua[illegible]iſſet. Nam pri[illegible]ipio ſtabilienda erat illi reſpublica ſua, ineundæ in eam rem cum imperio amicitiæ. Tecum feriendum fœdus, quantominus euincere poßis, imperio conſuluiſſe te. Tantum id uolumus, quod tu inferri neceſſario debere, negare non potes, ob bonũ effectum á te malum eſſe. Bonum enim fuit, quod tu ais, quod imperio conſulueris, At malum fuit ſacramentum fregiſſe, generis oblitũ eſſe contra nobilitatem conſpiraſſe, & cum fœneratoribus fœdus iniſſe. Hic uero nũc dicant nobis legiſperiti tui num ob bonum ſubſequens, malum fieri poſſe legibus cautum eſt? Non uolimus autem latius diuagari illos in bonorum diſtructione, quandoquidem nos bonum ſimplex & malum ſimplex uocamus, quod ſi & hoc leges uetant, quomodo omni iure id fieri poſſe huic epiſtolæ tuæ non dubitas inſerere? Quin & malum non faciendum eſſe, ut ueniat in bonum Paulus teſtatur, quanto id minore iure feciſſe uideri potes, quod ais, ut imperio conſuleres regnum acceptaſſe te. Neq; enim euincere potes, imperio conſuluiſſe te, neq; regnum iure acceptatum eſſe unq̃ edocere poßis. Hæc cum prenoſcer[illegible]s coactus es regnũ id in protectionem ſuſcipere, quod Dani in ſua aduerſum nos euulgatione docere poſſunt. Quam nunq̃ tu quidem tranſmiſiſſes, niſi ut illorum ſigillo oſtenderes comunibus te ſuffragijs arcitum eſſe. Doles enim, quod totus orbis cogniturus eſt, quã male uixerimus, et merito doles patrue, quãdo nũq̃ uoluiſti in nos ea retorquere, quæ in his tuis aduerſum nos emißis literis toti orbi inſinuas. Pius ſane es & manſuetus, & erga genus tuum nimium q̃ deceat indulgens. Sed nos, quæ ad Danos ſpectant non maiore facilitate refellemus, q̃ tua hæc tam ingenioſa commenta. Adeo neq; illi uictoriam de nobis tandem concinent. Parata ſunt omnia aduerſum ſcortatores illos. Tu ex his preludijs exiſtima, quantum demum effecturi ſumus. Habes ob quas rationes regnu[illegible] acceptaris, & gaude ſane, & concine uictoriam. Iam præſto eſt Triumphus patrue. Sed meminiſſe te decuit magnam horum partem, qui currum precedunt uſurarios, & mitratos eſſe, te autem non tam ab illis ut uictorem q̃ proſtratam & tranſfugam nobilitatis exiſtimari.

Dux ſi ob imperij defenſionem Daniã ſuſcepit malum propter bonũ fecit quod tamen uetitum eſt.

Dux non poteſt euincere ſe imperio conſuluiſſe.

Ad id quod dux ait ſe dolere quod totus orbis cogniturus eſt, qualiter rex uixerit.

Triumphalem currũ ducis qui precedunt.

ILLVSTRISSIMVS HOLSATIAE DVX.

Quare ora-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

QVARE oramus maieſtatem ueſtram, dilectiones ueſtras, & ali os ut iſtum conatum n um bonu conſulere uelitis, & quod ſolum ex neceſ ate maxima et neceſſaria neceßitate ad tale bellum nos ut duces Holſatiæ inducti ſumus ſine conſolamine, conſilio, auxilio et ſuccurſu non dimittatis. Et nos & confœderatos noſtros Lubicenſes ſub Romano imperio defendatis, neq; ut auellamur, patiamini. Deinde coram Sacratißimo Cæſare & Illuſtrißimo Ferdinando intercedatis ne illius maieſtas, & dilectio hoſtilem & queruloſam, & falſam accuſationem patruelis noſtri aduerſum nos ditiones noſtras & ſubditos, & confœderatos admittant, neue illa iam commoueantur, ut aliq̃ aduerſus nos, potentiam intent. Sed longe magis abominabile propoſitũ & exemplum patruelis noſtri aduerſus nos, & alios adherentes imperio, & proprios etiam ſuos ſubditos acceptum conſyderent, per quæ ſolum ille ex diuina conſtitutione, & uindicta regnis ſuis exutus eſt nos etiam, ſi illud idem paternum regnum noſtrum à nobis acceptum non eſſet, fuiſſet illud ad perpetuã deſtructionem noſtram in alienas manus & potentiam (quod Romano imperio nunq̃ perferendum fuiſſet) neceſſario deuolutum. Quare citra dubium Romana Cæſarea Maieſtas, & eius frater à nobis in nihil aliud quam optimam partem interpretabuntur factum eſſe. Dilectiones ueſtræ & alij ad illud ſeſe beneuolos & conſentientes exhibebunt. Idipſum uolumus propter ſacrum Romanum imperiũ, ut obediens princeps, penes regnũ Daniæ in amica uicinitate ſemper promereri, par reddere & in bonum referre. Datum in arce noſtra Flenſborg die Mercurij poſt circumciſionis domini, Anno M. D. XXIIII.

ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI DANIAE etc. REGIS AD SVPRADICTVM ILLVSTRISSIMI HOLSATIAE DVCIS PATRVI SVI ARTICVLVM RESPONSIO.

MAGNA NECESSITAS FVIT EA PATRVE quanta autem fuerit in precedentibus deduximus. Dux Holſatiæ eras imperij in angulo conſtitutus, quod tamẽ unũ conquereris de fuiſſe tibi, nempe conſilium, auxilium imperij, alijs perſuadeas oportet in tyrannidem tuam (uerbo abſit inuidia) imperium euocandum eſſe.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Lubicenſes ducem non ideo protectorem aſciuerunt, ut illos ſub imperio idem contineret ſed ut per illum nobilitati finem imponerent, utq; eundem ludibrio haberent, quẽadmodum olim milites Regillianum.

Sed reges omnes execratus es, neceſſum eſt igitur, ut & tandem & imperium ſentiat, qualem hactenus principem fouit. Lubicenſes confœderatos tuos eam ob rem feciſti, ut eoſdem ſub imperio Romano tuereris, utq; ita à principibus habeantur rogas. Atqui illi te non ideo protectorem aſciuerunt. Nam ſuis opibus potentiores ſunt, q̃ qui ab imperio diu illi poßint. Sed ut te in partes pertracto de cuncta nobilitate faciliorem triumphum agerent, nulla tua gloria, ſed magna ſane culpa cum cenſuri ſint omnes principes quantarum tu rerum initium prebueris. Indidere hi tibi ſpecioſum protectoris nomen, ut eos quaſi Camillus alter iam profligatos é manibus noſtris eriperes. Et tute intereà nõ conſpiraſti, quanto id tui ludibrio effecerint, quando neq; profligati erant, neq; opera tua indigebant niſi in quantum ſimplicitatem tuam ridere uolebant, eoq; te nomine regem fecere, quo olim Regillianus quidã

Lubicenſes nunq̃ duci neq; generi illius bene uoluerunt.

aſſumptus eſt. Et prodis hic patrue, quod dißimulare non potes, tuã cum fœneratoribus concordiam, qui neq; unq̃ tibi, neq; generi tuo bene uoluerunt. Noluiſti ab imperio Lubicenſes ſeparari.

Rex Chriſtiernus neminẽ prouocare aduerſus ducem uult niſi iuſte.

Sed hi te tamen ab imperio pertraxerunt, niſi quod nouum tibi non eſt cum Francis fœdus, neq; iam primum in idipſum conſenſiſti. Petis à Sacratiſſimo Cæſare ab Illuſtrißimo Ferdinando, ne per noſtras quærimonias prouocentur. Sed terribiles illos conatus noſtros conſiderent, quos aduerſum te moliti ſumus. Et nos quærimonijs noſtris prouocare aduerſum te neminem uolumus, niſi omnes iuſte factum indicaturi ſint quod famam, quod honorem aduerſus perfidiam tuemur. Terribiles conatus quod aduerſum te moliti ſumus, nemo adhuc mortaliũ nouit, neq; nos, neq; tu, neq; ſcelerati illi impoſtores, qui te ſeduxerunt. Aut ſi noſti in

Ad id, quod dux ait, dei iudicio factũ eſſe, ut rex expulſus ſit.

medium profer. Tutatur nos conſcientia noſtra. Aduerſum te nihil meditati ſumus. Tu aduerſus nos nihil malorum pretermiſiſti. Iuſto dei iudicio expulſos nos ais patrue. Et fatemur iuſtum dei iudicium eſſe, quo omnes homines punit. Peccatores ſumus. Miſeri ſumus. Hæc &

Fatetur rex dei reſpectu longe maiora ſe ꝑmeritum eſſe.

longe maiora meriti ſumus non diffitemur. Gratiam agimus, quod nos tandem reſpexerit. Siquidẽ hæ calamitates noſtræ magna indicia ſunt miſericordis erga nos dei. Quos enim diligit caſtigat. Nihil remora-

Rex ab omnibus hominibus derelictus à deo derelinqui non ſperat.

mur. Patienter hactenus hæc mala pertulimus, non ꝗ noſtris id uiribus effecerimus, quando ex nobis plane fatemur, nihil bonorum fieri poſſe, ſed ꝗ oſtendere uoluerit nondum tam defecatis uiribus eſſe ſe, ut non poßit, in infirmis etiam homuncionibus gratiam inſpirare & ex lapi-

dibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

dibus filios Abrahæ efficere. Iuſto iudicio dei expulſi ſumus, iuſto iudicio dei inter tot pericula conſeruati. Derelicti ſumus ab omnibus mortalibus. Atq; his quibus quondã terrori fuimus, nunc ludibriũ ſumus. Amici erant multi, nunc in his exilijs noſtris tandem didicimus, quid in amicis, quid in opibus ſpei reponendum ſit, omnes fugiunt, omnes auerſantur, omnes derident, omnes in probrum, & contumeliam uertunt, patientiam noſtram. Inſequuntur, dira intentant, qui niſi fuiſſemus quondam, nunc ipſi non eſſent. Hæc fatemur patrue. Hæc ſi legis tandem conſydera abyſſum iudiciorum dei. Neq; enim protinus fit, ut tu dei iudicium ſubterfugias, quod in id patruelis tuus rex Chriſtiernus inciderit. Neq; arbitrari debes confeſtim ſanctum eſſe te, quod nos miſeri citra omnem amicorum conſolationem profugi degamus. Nullaq; alia cuſtodia quam dei omnipotentis miſericordia à tot inſidijs in caput noſtrum comparatis tegamur. Num aliquando legiſti, quod ſcriptum eſt, non eos ſolos peccatores, qui talia paßi ſunt, neq; ſolos malos eſſe in quos mõs Siloe cecidit? Atq; iſtud quidem humanum iudicium eſt, quo ſtatim beati exiſtimantur, quos aut perpetuus delicatæ uitæ conſeruat tenor, aut prodiga bonorum fortuna locupletat. Ceterum longe aliud dei iudicium eſt. Num ſcriptum eſt, Stulte hac nocte animam tuam repetunt abs te, quæ uero paraſti, cui cedet? Tu quidem nunc à mitratis illis ſcortatoribus rex uocaris. Forte etiamnum obediunt. Et audis interca regem Chriſtiernum patruelem tuum incerto in loco deliteſcere. Nunc huc nunc illuc uagari. Neminem illi principum ex animo beneuelle, omnes ſua negocia cauſari quur ſuppetias ferre non poßint, neq; affinitatem, neq; regum nomen, neq; potentiam preteritam eſtimari. Et hæc audiens, letaris ſane, & modo ex tuis ad Hafniã caſtris, modo ex Flenſborgo literas contumeliarũ aduerſum nos plenas emittis. Cingunt te Epiſcopi Cayaphæ, cingunt fœneratores & publicani, & modo is compertum eſſe ſibi ait, neminem principum nobis beneuelle. Alter corruptos huius, corruptos illius conſiliarios à ſe ait, ut negocijs noſtris tragula inijciatur. Tertius ſtabilitum tibi regnum iri promittit, & ſpecioſis collatis titulis gratiam tuam per fas & nefas uenatur. Et iſthoc dei iudicium eſt. Et gaudes cum hæc tibi exponuntur. Leticia tibi ingens oboritur, ubi in extremam nos paupertatem redactos eſſe comperiſti. Proclamas confeſtim iudicium dei, iudicium dei. Et ſane iudicium dei eſſe, non inficiamur. Nos ſubinde eſurimus, Sudamus, noctes & dies

inſidijs

Abyſſus iudiciorũ dei

Non ex eo q, in manus domini ceciderit rex exiſtimare debet dux ſe euaſurum eaſdem. Lucæ.xiij.

Dux medijs in delicijs uiuit dum rex Chriſtiernus magna omnium rerũ penuria exulat.

Hoc faciũt publicani.

Dux in regis calamitatibus et miſeria gau det.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

inſidijs proſpicere cogimur errabundi, uagi, et nullo in loco manentes.
Tu quietus ſedes, edens, bibẽs, ipſaſq; uſq; adeo intermedias delicias.
Neq; deſunt, qui aliquando noſtri erant, nunc tibi ſoli applaudentes.

Rex Chriſtiernus quondam floruit tribus opulentiſsimis regnis imperans.

Neq; deſunt, qui caput etiam noſtrum polliceantur. In ſumma hæc omnia dei iudicia ſunt. Floruimus olim tribus opulentiſsimis regnis aliquã do citra rebellionem potiti, nunc ea nobis adempta iudicio dei ſunt. Tu in flagellum datus es nobis, tu in iram dei, in abominationem regi

Conſyderate rerum omnium uiciſsitudinem o reges et principes.

Chriſtierno accidiſti. Neq; perinde tamen perpetuam tibi fœlicitatem metiri debes. Veniat in mentem tibi Atthylæ Pannonis: Veniat Tamberlanis, Scythæ, quorum uterq; ſe dei iram, dei flagellum, nec immerito uocitabat. Finem tamen, qualem nacti ſint uide, ne quiſpiam tibi

Ad id quod dux ſacratiſsimũ Cæſarem Karolum & Ferdinandum orat.

preſcribat. Karolum oras, Ferdinandum oras, ab omnibus principibus poſtulas, ut cauſæ tuæ patrocinentur: iterum renouas ſtultam illam de acceptata regni Daniæ poſſeſsione excuſationem: idq; Rethorum more, dum ſubijcis Epilogo idipſum, quod omnem maculam cauſæ tuæ reris ademptur um. Neq; id tibi inuidemus ſane, quando iam ſatis oſtendimus, qualis ſit ille Hercules tuus, quo principũ animos te exiſtimas domiturum. Tandem aliquando meminiſſe uelimus te fragilita-

Dignum rege dictũ.

tis humanæ, atq; rerum omnium uiciſsitudinis. Sed hic rident ſcortatores tui, quibus patientia noſtra peruenit in contumeliam. Iam ex duabus his euulgatis epiſtolis tuis, ex ſua cur nos expulerint excuſatione

Admirabilia opera dei.

omnes ad ſe principes pertractos eſſe exiſtimant: neq; ullum nobis refugij locum ſupereſſe. Et cum hæc legimus iuſtum dei iudicium ueneramur, qui dedit nos in opprobrium omni homini, qui omnium men-

Rex in deũ cauſæ ſuæ iudicem confidit.

tes à nobis alienatas eſſe uoluit, ut admirabiliora illius opera eſſent uidenda hominibus, quod citra humanum adminiculum erga nos benignitatem ſuam oſtendiſſet, In id confidimus, in id ſperamus. Amicorum, qui

Regis Chriſtierni calamitas.

olim fuere rara nũc copia eſt. Principes, conſanguinei, affines, receſſere. Opes, diuitiæ, potẽtia, euanuit. Iuuenilis impetus conſenuit. Soli ſumus relicti ſumus, omnibus oneri, omnibus ludibrio. Tu qui ſupereſſe nobis poſsint àuertis, & ad te pertrahis. Dubia omnia, Infeſta omnia

Fortiter dictum.

nobis facis. Neq; te permouet patruelis miſeria, neq; humana calamitas, neq; fortunæ memoria. Itaq; unum neceſſario faciemus. Fortiter quæ dicemus, tam fortiter facere nõ poſsimus. Si omnes principes fratres affines, conſanguinei, nos auerſentur, omnes à nobis ſubſidium, quod tu tantopere petis ſubtrahant. Si omnis ordo, ſexus, conditio, ſtatus, nos

execretur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

execretur, paratū ad deum refugium habemus. In eum confidimus, illi cauſam noſtram committimus, is iudex eſto. Damus tibi omnes, ex quo cauſæ noſtræ patrocinari non poteſt ueritas, iudiciū requiſiuimus, neq; conceſſum eſt, nihil omiſimus, quod in eam rem pertineret, & ludibriū & abominatio facti ſumus. Proinde omnes ſua ſibi habeant, Valeāt ſi ita uolunt principes, reges, affines, conſanguinei, quando neq; illos afflictio, neq; calamitas noſtra permouit. Deum expetimus, ad illū appellamus, illi cauſam noſtram totam committimus, quando noſtri adhuc nullus miſertus eſt. Viuemus interea, ſi ita placet, miſeri, egeni, inopes, uiuemus ſoli, errabundi, nuſquam tuti, nuſquā grati. Viuemus omnibus in ludibriū, in contumeliā, in abominationem, exules, peregrini, nudi. In neminem quam in deum confidentes, qui puſillorum ſubinde recordatur. Ita uidebis patruelem tuum affectum eſſe, atq; in uotis ſemper habes. Sed nos tibi melius apprecabimur. Deus tui miſereatur Friderice patrue, neq; enim tale quid tibi uelimus accidere, quale nobis nō deſinis imprecari. Sed & hoc dei iudicium eſt, grato a nobis animo perferendum.

Si nullus principum regi Chriſtierno ſuppetias ferat illum tamen adhuc in deum confidere.

Animaduertite hæc reges & principes, qui potentiā habetis. Nam et rex Chriſtiernus aliquando impotens non fuit.

CORNELIVS DVPPLICIVS SCEPPERVS.

Illuſtriſſimi Daniæ regis Chriſtierni in aduerſarios defenſio, fœliciter finitur per typographum Melchiorem Lotherum, Anno dominicæ incarnationis M. D. XXIIII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4